

Commentarii in epistolas D. Pauli ad Timotheum:
 [Hyperius Andreae],[Ed. Mylius, Johannes],
 [1582]

CONTENTS

[CAPVT I]	2
<i>EPISTOLAE D. PAVLI PRIORIS AD TIMOTHEVM ARGVMENTVM. . . .</i>	2
<i>Paulus Apostolus Iesu Christi, iuxta delegationem Dei Seruatoris nostri, et Domini Iesu Christi, qui est spes nostra, Timotheo germano filio in fide. Gratia, misericordia, pax, a Deo Patre nostro, et domino Iesu Christo domino nostro.</i>	5
<i>Quemadmodum rogaui te, vt remaneres Ephesi, cum proficiscerer in Macedonia, permaneto: vt denuncies quibusdam, ne diuersam sequantur doctrinam, nec attendant fabulis et genealogiis nunquam finiendis, quae quaestiones praeferunt maquamcaquauanta denque atpa fuen.</i>	9
<i>Porro finis, inquit, praecepti est charitas ex puro corde, et conscientia bona, et fide non simulata, a quibus quod aberrarunt quidam deflexerunt ad vaniloquium, ματαλογίας, volentes esse legis doctores, non intelligentes quae loquuntur, neq de quibus asseuerant ad perturbendam sanam doctrinam et lacerandas ecclesias:</i>	19
<i>A quibus quod quidam aberrarunt, deflexerunt ad vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes quae loquuntur, neq de quibus asseuerant.</i>	26
<i>Scimus autem, quod bona sit lex si quis ea legitime vtatur.</i>	29
<i>Sciens illud, quod iusto non sit lex posita, etc.</i>	30
<i>De Blasphemia.</i>	42
<i>Exuberauit autem supra modum gratia:</i>	54
<i>Exuberauit autem.</i>	55
<i>Regi autem seculorum immortalis, inuisibili, soli sapienti Deo, honor, gloria, in secula seculorum, Amen.</i>	70
<i>Sequitur de doctrina ε ταξίας, seu quarundim rerum pertinentium ad bonum ordinem in ecclesia.</i>	87
CAPVT II	87

<i>Adhortor igitur, vt ante omnia fant deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, et omnibus in eminentia constitutis, etc vsque ad cap.3.</i>	87
<i>Nam hoc bonum est et acceptum coram seruatore nostro Deo, qui cunctos homines vult saluos fieri et ad agnitionem veritatis venire.</i>	91
<i>Vnus enim Deus, vnus etiam reconciliator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum pretium redemptionis pro omnibus, vt esset testimonium temporibus suis.</i>	92
<i>In quo positus sum ego praeco et Apostolus, veritatem dico in Christo, non mentior, doctor gentium cum fide et veritate.</i>	94
<i>Volo igitur orare viros, in omni loco, sustollentes puras manus absq ira et disceptatione.</i>	95
<i>Consimiliter et mulieres in amictu modesto cum verecundia et castitate ornare semetipsas, non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut vestitu sumptuoso, sed quod decet mulieres profitentes pietatem per bona opera.</i>	96
<i>Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Ceterum mulieri docere non permitto, neq auctoritatem vsurpare in viros, sed esse in silentio. . . .</i>	98
<i>Adam enim prior formatus est, deinde Eua: et Adam non fuit deceptus sed mulier seducta fuit per praeuaricationem,</i>	99
<i>Salua tamen fiet per generationem liberorum, si manserint in fide ac dilectione, et sanctificatione, cum castitate.</i>	100
<i>Posterior pars Epistolae, in qua ostendit qualis episcoporum vita esse debeat, ac primo quomodo se gerent priuatim in domo sua et erga familiares.</i>	101
CAPVT III	101
<i>INDVBITATVS sermo. Si quis episcopi munus appetit, honestum opus desiderat. Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris maritum, vigilantem, sobrium, etc. usque ad cap.4.</i>	101
<i>Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, et vnus vxoris maritum, vigilantem, sobrium, modestum, hospitem, aptum ad docendum, non vinolentum, etc.</i>	104
<i>Non nouitium, ne inflatus incidat in condemnationem calumniatoris. . . .</i>	109
<i>Oportet autem illum et bonum habere testimonium ab extraneis, ne in probrum incidat et laqueum calumniatoris.</i>	110
<i>Ministros itidem compositos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpiter lucri auidos, tenentes mysterium fidei, cum pura conscientia. Atque hi probentur prius, deinde ministrent, sic vt nemo possit illos criminari.</i>	110
<i>Atque hi probentur prius, deinde ministrent, sic vt nemo possit illos criminari.</i>	114
<i>Uxores similiter modestas, non calumniosas, sobrias, fidas in omnibus. . . .</i>	115
<i>Diaconi sint vnus vxorus mariti, qui liberis recte praesint et propriis familiis. Nam qui bene ministrauerint, grandum sibi bonum acquirunt et multam libertatem in fide, quae est in Christo Iesu.</i>	117

<i>Hec tibi scribo, sperans fare, vt veniam ad te cito: quod si tardius venero, vt noris quomodo oportet in domo Dei versari, quae est ecclesia Dei viuentis, columna et stabilimentum veritatis.</i>	118
<i>Et citra controuersiam magnum est pietatis mysterium. Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in Spiritu, visus est Angelis, praedicatus est gentibus fides illi habita est in mundo, receptus est in gloria.</i>	120
<i>Sequitur quomodo episcopi se gerent in ecclesia erga cuiuscunque ordinis homines.</i>	122
CAPVT IIII	122
<i>Quos Deus creauit, ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, et his qui cognouerunt veritatem: quod, quicquid creauit Deus, bonum sit: et nihil reiiciendum, si cum gratiarum actione sumatur: sancti ficatur enim per sermonem Dei ac precationem.</i>	126
<i>De his si commonefeceris fratres, bonus eris minister Iesu Christi, enutritus in sermonibus fidei bonaeque doctrina, quam usque secutus es.</i>	128
<i>Caeterum profanas et aniles fabulas reiice, quin potius exerce temetipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio paululum habet vtilitatis. At pietas ad omnia vrilis est, vt que promissiones habeat vitae praesentis ac futura.</i>	129
<i>Indubitatus sermo, dignus qui omnibus modis approbetur. Nam in hoc et laboramus et probris afficimur, quod spem fixam habemus in Deo viuente, qui est seruator omnium hominum, maxime fidelium. Praecepta hac et doce.</i>	133
<i>Nemo tuam iuuentutem despiciat, sed esto forma fidelium in sermone, in dilectione, in spiritu, in fide, in puritate.</i>	134
<i>Donec venero, attende lectioni, exhortationi, doctrinae.</i>	136
<i>Ne neglexeris quod in te est donum, quod datum est tibi per prophetiam, cum impositione manuum, autoritate sacerdotii.</i>	138
<i>Haec exerce, in his esto, vt tuus profectus manifestus sit in omnibus Attende tibi ipsi et doctrinae persiste in his. Nam id si feceris, teipsum seruabis, et eos qui te audierint.</i>	139
CAPVT V	140
S <i>eniorum ne sauius obiurges, sed adhortare vt patrem, iuniores vt fratres, mulieres natu grandiores vt matres, iuniores vt sorores, cum omni castitate.</i>	140
<i>Uiduas honora que vere viduae sunt. Quod si qua vidua liberos aut nepotes habet, discant primùm propriam domum pie tractare, et vicem rependere maioribus. Hoc enim est honestum et accoptum coram Deo.</i>	142
<i>Porrô que vere vidua est ac desolata, sperat in Deo, et perseuerat in obsecrationibus ac precationibus noctu dieque . Porro quae in deliciis versatur, ea viuens mortua est Et haec praecipere, vt irreprehensibiles sint. Quod si que suis et maxime familiaribus non prouidet, sidem abnegauit, et est infideli deterior.</i>	143

<i>Uidua allegatur non minor annis sexaginta, quae fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis hominum testimonio comprobata, si filios educauit, si fuit hospitalu, si sanctorum pedes lauit, si afflicto subministravit, si in omni opere bono fuit assidua.</i>	146
<i>Porro iuniores viduas reice: cum enim lasciuire coeperint aduersus Christum, nubere volunt, habentes condemnationem, quod primam fidem reiecerint: simul autem et otiose d'scunt circumire domos, imo non solum otiosae, verum etiam garrule et curiosae, loquentes quae non oportet.</i>	148
<i>Uolo igitur iuniores nubere, liberos gignere domum administrare, nullam occasionem da re aduersario, vt habeat maledicendi causa. la n.nomnullae deflexerunt secutae sathanam.</i>	150
<i>Quod si quis fidelis aut si qua fidelis habet viduas, suppeditet illu, et non oneretur ecclesia, vt his, quae vere viduae sunt, suppetat.</i>	151
<i>Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime ii, qui lab orant in sermone et doctrina. Dicit enim sertptura Boui tritुरanti non obligabis os. Et, dignus est operarius mercede sua.</i>	152
<i>Dicit enim scriptura Boui tritुरanti non obligabis os: Et, dignus est operarius mercede sua.</i>	154
<i>Aduersus presbyterum accusationem ne admiseris nisi sub duobus aut tribus testibus. Eos, qui peccant coram omnibus argue, vt et caeteri timorem habeant.</i>	155
<i>Obrestor in conspectu Dei et Domini Iesu Christi, et electorum, vt haec serues, sine praecipitatione iudicii, nihil faciens iuxta propensionem animi.</i>	157
<i>Manus cito ne cui imponas, neq communices peccatis alienis. Temetipsum purum serua.</i>	158
<i>Ne posthac bibas aquas, sed vino paululo vttere propter stomachum tuum, et crebras tuas infirmitates:</i>	159
<i>Quorundam hominum peccata ante manifesta sunt praecedentia ad iudicium, quosdam vero et subsequuntur. Consimiliter et bona ante manifesta sunt, et quae secus habent, occultari non possunt.</i>	160
<i>Consimiliter et bona opera ante manifesta sunt: et ea quae secus habent, occultari non possunt.</i>	161
CAPVT VI	162
<i>Qvicunque sub iugo sunt serui, suos dominos omni honore dignos ducant, ne nomen Dei et doctrina male audiat. Qui vero fideles habent dominos, ne contemnant, quod fratres sint: sed magis inseruiant, quod fideles sint ac dilecti, qui beneficentiae participes sunt Hec doce et exhortare.</i>	162
<i>Si quis aduersam sequitur doctrinam, et non accedit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, et ei, quae secundum pietatem est, doctrinae, is inflatus est, nihil sciens, sed insaniens circa quaestiones ac disputationum pugnas.</i>	165
<i>Ex quibus nascitur inuidia, contentio, maledicentia, suspiciones male, superuacanae conflictationes hominum mente corruptorum, et quibus adempta est veritas, qui existimant quaestum esse pietatem. Seiungere ab his, qui eiusmodi sunt.</i>	166

<i>Nihil enim intulimus in mundum, videlicet nec efferre quiequam possumus: sed habentes alimenta, et quibus tegamur, his contenti erimus.</i>	169
<i>Caeterum qui volunt ditescere, incidunt in tentationem et laqueum, et cupiditates multas, stultas ac noxias, quae demergunt in exitium et interitum.</i>	170
<i>Inde fere scelerum causse, necplura venena Miscuit, aut ferro grassatur sepius vllum Humanae mentis vitium, quam seua cupido Indomiti census. Nam diues qui fieri vult, Et cito vult fieri, sed quae reuerentia legum, Quis metus aut pudor est vnquam properantis auari?</i>	171
<i>Interea pleno cum turget sacculus aere</i>	172
<i>Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.</i>	172
<i>Siquidem radix omnium malorum est studium pecuniae, quam quidam dum appetunt, aberrauerunt a fide et seipsos implicuerunt doloribus multis.</i>	172
<i>Tu vero homo Dei ista fuge, sectare autem iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam aternam, ad quam et vocatus es, et professus es bonam professionem coram multis testibus.</i>	173
<i>Praecipio tibi in conspectu Dei, qui viuificat omnia, et Iesu Christi, qui te statam fecit sub Pontio Pilato bonam professionem, vt serues praeteptum, immaculatus, irreprehensibilis, vsque ad apparitionem Domini nostri Iesu Christi.</i>	175
<i>Quam temporibus suis ostensurus est ille beatus et solus princeps et rex regnantium, et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessam, quem vidit nemo hominum, neque videre potest, cui honor et imperium sempiternum. Amen.</i>	177
<i>His, qui diuites sunt in praesenti seculo, praecipe, ne elato sint animo, neque spem ponant in diuitiis incertis, sed in Deo viuente.</i>	178
<i>Ut bene faciant, vt diuites sint operibus bonis, vt faciles sint ad impartendum, libenter communicantes.</i>	180
<i>O Timothee depositum serua, deuitans profanas vocum vanitates, et oppositiones falso nominatae scientiae, quam nonnulli profitentes circa fidem aberrauerunt.</i>	182

[CAPVT I]

EPISTOLAE D. PAVLI PRIORIS AD TIMOTHEVM ARGVMENTVM.

TIMOTHEVS matre Eunica Iudaea fidei, patre vero Graeco natus, a pueritia sacras literas didicerat, ut est Act. 16. et 2. ad Timoth.3. Paulus autem cum Lystram veniret, inuenit eum inter credentes egregie doctum, audiuitque ab omnibus fratribus, qui Lystris erant et Iconii, commendari vehementer. Itaque permotus est, ut eum sibi adiungeret, (propter importunitatem etiam quorundam Iudaeorum circumcidit) tum plenius instituendum, tum vsurus postea illius opera in negotio Euangelii ad diuersas ecclesias promouendo. Vnde etiam eum non vno loco modo in inscriptionibus, modo in aliis Epistolarum partibus, ut fidum collegam et ministrum Dei celebrat: ad Roman.6 1 ad Corinth.4.16.2. Corinth.1. Philip.1.2.Coloss.1. 1.Thessal.1.3. 2.Thessal.1. Et in Actis saepe praedicatur eiusdem diligentia. Hunc proinde Apostolus, cum relicta Epheso proficisceretur in Macedoniam, voluit ecclesiae Ephesinae suscipere gubernationem, et bene a se constitutam in prima dignitate conseruare. Ibi itaque agenti misit hanc de omni officio episcoporum eruditam epistolam. Ea proinde continentur hac epistola, ut de constituenda et ordinanda ecclesia inscribi iure optimo queat. Etenim omne officium eorum, qui in ecclesiae versantur munere, hoc est, quae facere et docere eos oporteat, qui ecclesiam sibi concreditam bene instituere cupiunt, mirabili ratione et accuratissime quidem tradit. Quem finem sibi fuisse propositum Apostolus suis ipse verbis cap.3. exprimit. Haec tibi scribo, inquit, ut noris, quomodo oporteat in domo Dei versari, quae est ecclesia Dei viuientis. Quemadmodum igitur multa sunt ad ecclesiam recte ordinandam necessaria: ita in partes plures, quibus praecipua capita vniuersae gubernationis ecclesiasticae comprehenduntur, praesentem epistolam Apostolus distribuit. Duo sunt primaria eorum, qui ecclesiae praesunt, officia: alterum et amplissimum in docendo consistit: alterum in Sacramentorum dispensatione, adeoque in procurandis iis omnibus, quae ad ritus, ceremonias, bonum ordinem, disciplinam ecclesiasticam, ad conseruationem religionis pertinent. Atque haec ut facerent, discipulis suis Christus mandauit, quando a morte sua ecclesiam suo iure constituens ait, Matth.28.

Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra. Euntes erote docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, filii, et Spiritus Sancti, docentes eos seruare omnia, quae praecepi vobis. Apte ergo diuiditur haec epistola in duas partes principales: priorem de doctrina, protrahitur haec ad finem capituli quinti: posteriorem de ceremoniis, bono ordine, totaque gubernatione, quae per capita reliqua in partes certas diuiditur. Itaque prima parte compendium siue Epitomen vniuersae doctrinae Christianae exponit. Primo autem et postremo loco monet, ut in doctrina semel accepta ministri ecclesiarum constantes mancant. Dehinc cum doctrina sacra rite distribuitur in Legem et Euangelium, 35 Apostolus ante omnia, et, ut apparent, propter quosdam, qui legem plus iusto urgebant, et quasi ad iustitiam coram Deo foret necessaria, commendabant: demonstrat breuiter, quis verus finis atque vsus legis sit, nullo autem modo datam, ut per eam homines iustitiam spiritualem et aeternam apud Deum consequerentur. Finis praecepti est Caritas, inquit, ex puro corde: et Scimus, quod bonasit lex, si quis ea legitime vitatur. Subiicit

40 protinus doctrinam de Euangelio, dicens, in iis, qui Euangelium amplectuntur, exuberare supra modum gratiam Domini nostri, cum fide et dilectione: ubi itidem verum vsum, effectum, et fructus Euangelii summam demonstrat. Mox claudit hanc partem per exhortationem seu praeceptionem, ut ministri, qui pure et cum fructu docere volunt, ipsi in fide persistent, bonaque cum conscientia negotium Christi agant: Exemplo addito de falsorum doctorum reiectione aut iusta excommunicatione.

45 Hactenus de priore et excellentiore ministrorum officio, quod in docendo positum est. In secunda parte epistolae, qua de reliquis ad interitum pertinentibus: primus locus est capite secundo, de sacris coetibus, in quibus duas partes diuiditur: priore ostendit quae uariae et pro quibus precationes ibi debeant fieri: Ante omnia, inquit, fiant de precatione ob seorauones et cetera. Addit, quo aspectu, quaque modestia tamen uir, et mulieres sacre

mg Act.16. | mg secunda partis distributio. | mg 1.Locus, de Sacris coetibus. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.2]

illo coetu se component: Volo, inquit, orare viros in omni loco, etc. Posteriore parte agit de prophetia sive lectione atque interpretatione Scripturarum in sacro coetu habenda.

55 Cum autem hac in parte satis bene essent Ephesi omnia, et haud dubie ad praescriptum quod extat 1. Corinth. 14. Apostolus nihil aliud quam iubet mulieres in silentio discere, nec ullo modo ad publice docendum aspirare.

60 Secundo loco, ubi distinguitur caput tertium, pergit explicare nonnulla, quae si bene consideramus, pertinent ad senatum ecclesiasticum. Etenim, ut ad Tit.1. dicitur, et recte Ambrosius praesentis epistolae cap.5. docet: Vnaquaeque ciuitas sive ecclesia habere debet aliquot presbyteros seu seniores, qui constituunt senatum, consessum, collegium, consilium (non refert quomodo appellemus, modo de re ipsa constat) ecclesiasticum: et cum hoc debet Episcopus de omnibus rebus ecclesiae conferre et consilium capere. Quae proinde sequuntur, aliquot locis explicata eiusmodi sunt, ut in senatu ecclesiastico et per eundem expediri debeant. Est autem usus Senatus officium, ecclesiae proponere, ut idoneos ministros ante omnia eligant, Actor.6. Disserit ergo Apostolus primum de diuersis gradibus sive functionibus in ecclesia necessariis, de Episcopis videlicet et presbyteris. Scriptura namque Episcopos et presbyteros subinde eosdem sine discrimine nominat, Act.20. et ad Tit.1. Et diaconos ostendit, quales ad haec munera eligentur et ordinabuntur. Ita vero orationem instituit, ut intelligi pariter queat, quales esse tunc quoque conueniant, cum iam in dignitate sunt positi.

70 Tertio loco praescribit, quomodo Episcopus, et quicumque praees ecclesiae, prudenter admonebit fratres, in primis autem eos qui populum docent, ut provideant, ne qui aures praebeant falsis doctoribus: cumque hoc loco sublimis sit, initio reddit attentum, proposita tum ecclesiae ipsius, tum doctrinae sacrae dignitate: Haec tibi scribens, inquit, sperans fore, ut ad te veniam, etc. Arbitror autem hanc esse mentem Apostoli, debere episcopos non tantum hac de re publice ad populum disserere, verum multo magis habere interdum Senatum sive conuentum ecclesiasticum, in quo ista fideliter proponet omnibus senioribus, quorum interest postea populum instituere ac hortari, ut falsos doctores caute vitent. Etenim cum dicit Apostolus in progressu cap.4. De his si et

80 commonefeceris fratres, bonus eris minister: intelligit inprimis presbyteros, qui sunt
adiutores et collegae Episcoporum. Siquidem in hanc sententiam 2. ad Tim.2. ait,
Haec commenda fidelibus hominibus, qui erunt idonei, ut alios quoque doceant. Idem
Paulus prorsus simili admonitione vtitur apud presbyteros Act.20. Ac re uera primum
et excellentissimum munus senatus ecclesiastici est, accurate de doctrina conferre et
85 prouidere, quae et qualsa populo expediant in ecclesiis salutariter proponi. Cuius rei
exempla plura in Actis, ad Galath.12. Timoth.2. et c.habemus.

Quartus locus continet quaedam de disciplina ecclesiastica, nempe de admonitionibus
atque obiurgationibus, quod interdum per Episcopum modó quidem publicem,
modó vero coram senatu ecclesiastico fieri, ecclesiarum status atque necessitas postulat.
Quomodo igitur in hisce se gerat Episcopus, apostolus demonstrat: Exigitante omnia, vt,
90 qui alios sit reprehensurus vel moniturus, ipse irreprehensibilis et sine culpa esse modis
omnibus studeat: Nemo inquit, tuam iuuentuse despiciat: postea addit cap.i. Seniore
ne sapius obiurges, etc.

Quintus locus est de aerario Ecclesiae, de eius recta administratione etiam senatus
ecclesiastici interest, tum cognoscere, tum decernere. Diaconis interea incumbit, et
95 colligere quae ad sumptus faciendos sunt necessaria, et collecta fideliter ex iudicio
senatus ecclesiastici dispensare. Viduas honora, inquit, quae verae viduae sunt. Pluribus
verbis mandat, ne grauetur aerarium ecclesiae: Viduas quoad fieri potest, sustentari
a liberis et nepotibus. Quin imo eadem de causa vult vnumquemque prospicere suis
familiaribus. Praescribit insuper, quales eligi viduas deceat ad pauperum ministerium, de
100 quibus Act.6. Dehinc addit, alendos ex eodem aerario presbyteros, maxime qui laborant
in doctrina. Breuiter, duo hominum genera vult ecclesiarum beneficentia sustentari,
pauperes omnino destitutos, et ministros verbi. Quemadmodum autem quarto loco
agebatur de exhortationibus et obiurgationibus, in senatu ecclesiastico ad conseruandam
disciplinam, fieri solitis: ita sexto loco disserit Apostolus de iudicio, quod ecclesia, hoc
105 est, Episcopus cum senatu ecclesiastico exercet in eos, qui grauius deliquerunt,

mg 2. Locus de Senatu ecclesiastico. Presbyteri necessarij ad Ecclesiae administrationem. Officium Senatus
ecclesiastici. | *mg* 3. caput siue locus de fugiendis pseudodoctoribus. | *mg* 4. De disciplina ecclesiastica.
| *mg* 5. De dispensatione facultatum. Officium diaconorum. | *mg* Quinam alendi sint ecclesiae facultati
bus. 6. De iudicio ecclesiastico. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

deliquerunt, quos necesse est seuerius et quidem publice reprehendi, aut, si obtemperare
noluerint, tandem tradi Satanae siue excommunicari. Breuiter vero de forma
talis ecclesiastici iudicii, proposito exemplo de non damnando presbytero, nisi testibus
aliquot conuicto: quaedam interserit, ex quibus plenior formam iudicii licet colligere.
110 Aduersus presbyterum, inquit, accusationem ne admiseris, etc.

Sentimo loco exponitur, non esse admittendos ordinandosue, nili quorum vita probe
fuerit explorata. Qua in re etiam Senatus ecclesiastici iudicium episcopus adhibebit,
quando capite quarto aperte dictum est, autoritate Τροσθητερίς manus imponi. Debet
examen vitae atque doctrinae in hoc Senatu fieri: ait igitur, Manus cito * cui imponas.

[p.3]

115 Octauo subiicit caput sextum, exhortationem nominatim faciendam ad Seruos, Iic interim paratam, vt consolationem illis adferre posset ingentem: cum Ephesi multi essent opulenti, haud dubie multi quoque erant serui: quare postulat ecclesiae eius status huiusmodi exhortationem.

120 Nono sequitur epistolae conclusio, grauis et affectibus referta, eademquedissecta in partes quatuor. Prima I'imotheo praecipit, vt doceat et exhortetur, quemadmodum epistola hac est praescriptum. Secunda, vt ab iis qui aliter docent vel exhortantur, se tempestiue seiungat. Tertia consolatur bonoque iubet esse animo, etiam cum parum accipit ab auditoribus, nullumque in ministerio quaestum facit, Est questus magnus, inquit, Pietas. Quarta hortatur et praecipit, vt strenue fideliterque pergat boni pastoris praestare officium. Sectare autem iustitiam, inquit, Pietatem, fidem, charitatem, etc.

125 Decimo appendix de exhortatione ad diuites, quales Ephesi erant plurimi. Vndecimo repetit ex superioribus admonitionem, quam Timothei animo altissime impressam cupit manere, de vitandis inutilibus disceptationibus, quae reuera semper sunt ecclesiis exitiosae.

130 Quod si iam rogat aliquis, ad quae genera concionum sacrarum partes huius epistolae referantur, facilis est responsio. Prima pars, in qua de lege atque Euangelio agitur, ad διδασκαλίαν siue genus διδασκαλικόν pertinet. Quae vero sequuntur omnia, quoniam ad institutionem et rectam ordinationem ecclesiarum diriguntur, generis sunt παιδοποιητικῆς, id est, institutiui.

135 Fui prolixior opinione: sed praesentis epistolae, quantumuis breuis sit, maxima et admiranda vtilitas me coëgit de singulis membris dicere aliquanto dilucidius. Scio multorum conciliorum numerosos euoluissetis canones, nec potuissetis tam multa, tamque accommodata ad ecclesiarum rectum ordinem colligere. Quamobrem aperte ae liberem dico, si quando de ecclesiarum conformatione serio agatur (agi autem omnino est necessarium) non aliunde aptius, quam ex hac epistola, posse capi iudicium. Deinde et ex aliis noui testamenti scriptis sumentur quaecunque ad ecclesiam sic instaurandam, vt et Deo placere, et piis mentibus tranquillitatem solatiumque adferre queant, sunt necessaria. Hoc pro certo omnes habeamus, ex praescripto verbi Dei ecclesiam optime in omnibus reformari posse. Ne speremus, ab vllis hominibus nos meliora accepturos, quam Deus ipse in libris sacris extare uoluit. At vero nequaquam aerrat, qui scripturam, quam dictauit excellentissimus doctor Spiritus sanctus, ducem sequitur.

Paulus Apostolus Iesu Christi, iuxta delegationem Dei Seruatoris nostri, et Domini Iesu Christi, qui est spes nostra, Timotheo germano filio in fide. Gratia, misericordia, pax, a Deo Patre nostro, et domino Iesu Christo domino nostro.

Paulus Apostolus Iesu Christi.) Cùm asserit munus apostolatus sibi iuxta delegationem, hoc est, imperio, mandato peculiari ipsius Dei, iniunctum: scire debemus, quae in hac epistola proponuntur, Apostolo diuinitus tradita, atque eam ob causam omnibus ecclesiis serio proponenda et alacriter suscipienda. Fere consentiunt ea verba Apostoli cum iis, quae in aliis salutationibus habentur, cùm dicit, Per voluntatem Dei, duat τῆς ἐπιθυμίας τοῦ θεοῦ. Sic in epistola ad Galatas negat se ab hominibus, aut per homines, sed per Christum Iesum et Deum Patrem ad munus apostolicum esse adoptatum, idque facit propter pseudoapostolos, qui Euangelii doctrinam a Paulo praedicatam in odium inuidiamque vocare nitebantur, contendebantes in operibus legis, quae per

mg Hdicimce desiae quale fit. | *mg* 7. N3 quosuisesseadmit tendos ad ec clesiae guber nationem e ministeriu. 8. De munere scruoran | *mg* 9. Concuu sio quadrimeuibris. | *mg* 10. De diuitum studiis. 11. De uitaudis rixis iulutilibus. Genus cause. | *mg* Didescaies. παδιαληέμ | *mg* vfuscipftole. | *mg* Aduerbum Dei examinari omnes doctrinas et traditiones necesse est. Epigrapha | *mg* Antorius te gationis Pau lineae a Deo pendet: igitur Dogmatahu ius epistolae A spiritu San do sunt pro facta. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.4]

Mosen Dei digito lata ac scripta esset, plus fiduciae collocandum, quam Pauli apostatae do ctrinae fidendum. Vtuntur prophetae Dei eodem exordii genere, ad causae suae et doctrinae personaeque, quam sane gerunt diuinam, commendationem, vbi omnem vocationis, reuelationis, doctrinae, et factorum rationem, principium, et finem ad Deum
 160 summum suum principem regemque referunt. Legatos itaque Dei Prophetas et Apostolos esse meminerimus, qui, vt a Deo missi sunt et ad functionem tam praeclaram segregati, ita audiri hosce Dei loco oportet: sin quis repudiarit, filium Dei et Deum patrem is reiecerit. Lucae 1o. Sic non minus Apostolus peccasset, si vocem Dei et filii eius Iesu Christi vocantis ipsum audire recusasset: vel si etiam non vocatus cucurrisset: de vtroque
 165 vide Ierem.23. Amos3. Exod.3.4. Ierem. 1. Ionae1.

Dei seruatoris nostri:) Accedit hinc dignitas muneri apostolico Diui Pauli, qu tam pe tris, que filii mandato atque imperio istud susceperit. Haecautem non propter Timotheum, qui sine dubio probe nouerat officium, dignitatem, fidem, diligentiam Apostoli: sed tum propter illos; apud quos ecclesiae erant ordinandae, in quibus semper aliqui inueniuntur
 170 vel sapientes, iuxta mundum, homines, vel maligni, qui resistunt et quibuscunque modis conantur impedire rectam ordinationem, tum propter eos, qui cum Timotheo erant in gubernatione ec clesiastica in tempus posterum successuri, et similes labores pro ordinandis ecclesiis subire debent. Etenim pariter qui praesunt ecclesiis, et qui subsunt in ecclesiis, habent in hac epistola, quod amplectantur et tuto sequantur. Et si considerant,
 175 qualia Apostolus hic proponat, et quomo omnia ei mandata fuerint a Deo Patre et filio, his contenti erunt. Quod si aliqui praepostero z elo vel malitia excaecati confidunt, posse salubriora aliqua induci in ecclesias, quam quae noui testamenti libris sacris, maxime vero scriptis Apostoli Pauli sunt explicata, certe hi vehementer falluntur, et se non Paulo tantum, sed Deo etiam patri ipsi et Dño Iesu Christo temerario ausuopponunt. Caeterum
 180 Deum patrem seruatorem hoc loco vocat, quod nomem licet vsitato more scripturae Christo filio attribuat, recte tamen et patri assignari potest, quia opera Trinitatis ad extra, vt vocant, sunt indi uisa, et personarum aequalis est potestas: Namque et ipse pater seruat nos per filium et propter filium suum, et in filio. Sic Ephes.1. Elegit nos, inquit, in ipso, antequam iacerentur fundamenta mundi: praedestinavit nos, ut adoptaret
 185 in filios per Iesum Christum. Et, Nemo potest venire ad Christum, nisi pater traxerit eum. Iohan.6.

Et Domini Iesu Christi.) Nam quod a patre constitutum est, idem constituitur et per filium. Iohan.5.pater meus ad hoc vsque tempus operatur, et ego operor. Ibid. Pater omne sudicium dedit filio, vt omnes honorent filium, sicut honorant patrem. Et Christus
 190 Actor.9. ad Ananiam, Organon electum est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus et regibus ac filiis Israel. De potestate et dominio Christi lege Psal.2.8.72.

ño.Matth.28.Iohan.2..etc.

Qui est spes nostra.) Additur hoc propter molem et difficultatem negociorum, itemque pericula, quae, cum ordinantur ecclesiae, occurrunt. Infinita pericula et impedimenta experiuntur hi, qui laborant in ordinandis ecclesiis: sed quando nihil aliud quaerunt, quam gloriam Dei, et earum utilitatem, atque spem suam in Christum caput ecclesiae reiiciunt, sentiunt auxilia et mirabiles praeter omnium opinionem successus. Nituntur autem hac spe siue fiducia, quod Deus per Christum faciet ipsos idoneos ministros noui testamenti, 2. Corinth.3. quod cum ipsi plantant, rigant, uel aliud quippiam faciunt, Deus dare uelit incrementum, 1. Corinth.3. Dicitur autem Christus spes nostra per Metalepsim quoniam in illo, qui post mortem suam et extremam deiectionem, resurrexit, omnem insuper accepit a Deo Patre potestatem in coelo et in terra, denique ad coelos ascendit, ubi amplissima fruitur gloria: propositum est certum exemplum, cum piis omnibus, tum his praecipue, qui fideliter laborant in ecclesia: quod quamlibet grauiam pericula in hoc mundo patiantur, nunquam tamen extremum succumbent, sed a Christo habente omnem potestatem adiuuabuntur, et tandem cum Christo haereditatem filiorum Dei accipient. I.Petri 1. Deus pater regenuit nos in spem uiuam, per hoc, quod resurrexit Iesus Christus ex mortuis, in haereditatem immortalem, ad Coloss.1.Christus spes gloriae, quem nos annunciamus.

Proinde cum Christus sit spes nostra, id est, in quem et propter quem iubemur sperare, recte dictum est a Ieremia capite decimoseptimo, Maledictus homo, qui

mg Pseudoapostolorum de gmata fase quia spiritum ueritatis non sequuntur di cem. | *mg* Pseudoapostolorum d lus. Digime u ror. et falsorum doctorum, Act.9. | *mg* Dignitas mi neris apostolica peie filii eius pe sona petenda est. | *mg* Deus pater, Seruator dicitur, quia seruat crede tes in per, et propter filin. | *mg* Scopus mint strorum De et ecclesie, est Dei gloria et ecclesiae utilitas. | *mg* Christusspes fidelum. Matth.as. Act.. Marci 16. Christus fids ministri? fubsidium pr. stat in uniuersis labobus atque mo lestis. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

[p.5]

confidit in homine, et ponit carnem brachium suum, et a domino recedit cor eius. Sunt qui confidunt in uirtute sua: alii in multitudine diuitiarum suarum gloriantur: alii suam iustitiam cum Iudaeis volentes statuere, iustitiae Dei non subduntur: alii hypocritae fingunt se in Christum sperare, cum tamen Christum non habeant: uerum hi omnes in desperationem et laqueos diaboli tandem incidunt. Talium namque spes, ut inquit sapienter, est quasi lanugo, quae a vento tollitur, et tanquam spuma gracilis, quae a procella dispergitur, et tanquam fumus, qui a vento diffusus est, et tanquam memoria hospitis unius diei praetereuntis.

Timotheo germano filio.) Filium uocat hebraica consuetudine: quia seniores sic appellare solent quoscumque iuniores: item praeceptores suos discipulos: Vnde quidam filii prophetarum nominantur. Sed ideo maxime uocat filium, quia instituit illum in doctrina fidei ac religionis. Nam in huiusmodi generatio spiritualis spectatur: I. Corinth.4. Etiam si innumeros paedagogos habeatis in Christo, non multos tamen habetis patres: siquidem in Christo Iesu per Euangelium ego uos genui. Et ibidem Timotheum uocat dilectum filium et fidelem in domino. Galat.4 Filioli mei, quos iterum parturio, donec

formetur Christus in vobis. Sic etiam in veteri testamento (vt dixi) filii appellati sunt discipuli siue auditores a suis magistris: vnde Solomon in Prouerbiis saepe ait, Fili mi, cum tamen ad quemlibet doctrinae eapacem ei sermo sit. Et per generationem spiritu:
 230 Iem filii Abrahae vocantur, qui fidem atque opera Abrahae faciunt, filii Sarae liberae, in spiritu non secundum carnem. Haec vera et firma generatio est, inquit Ambrosius, quae nescit oc casum, nescit morbos et pestilentiam, et quaeignorat famem et sitim. Ob has causas, et ma xime quia apostolus Timotheum spiritualiter Christo genuit, et quia Timotheus Paulum per omnia, praecipue autem in fide, referebat, ideo Pauli fillus in fide
 235 recte dicitur. Dignus tali patre Timotheus, et dignus tali filio Paulus vterque ab inuicem gloriam accipiens, vterque in propagando Euangelio iuxta diligens. Et cùm Apostolus filium in fide Timotheum appellat, tacite insinuat, dandam ei operam, vt in sana doctrina fidei perseueret, nihilque sic requiri a quocumque Episcopo, quam vt fidem incolumem tueatur et apud suos promoueat.

240 Germanum autem vocat γνητόν, qu ingenio, fide, diligentia, ardore in promouendo Euangelio, iuuandisqueecclesiis Paulum per omnia referret exprimeretque. Vnde sic quoque de eo apud Philippenses 2. Neminem habeo pari mecum animo praeditum, qui germa ne (γνοσίνω) res vestras curaturus sit. Multum autem refert, qualibus hominibus committan tur ecclesiae gubernandae. Prouidere debent Episcopi, vt exploratos et
 245 satis notos ad hoc munus exemplo Pauli eligant. Necesse etiam est, eos, qui in munere ecclesiastico versantur, habere fidos et germanos collegas, qualem Apostolus Timotheum hic praedicat: quem alibi quoque collegam et cooperarium sibi adiungit: Vnde in quibusdam epistolis nomem Timothei cum suo in falutatione ponit, nempe in 2.ad Corinth ad Philippenses, ag Colossenses 1. et 2. Thessalonicenses, ad Philemonem:
 250 In quibusdam vero promittit, q velit eum mittere ad ecclesias visitandas, instaurandas, confirmandas. Laus haec excitare Timotheum ad singularem incredibilemquediligentiam potuit, facereque ne quid se suaquepsona indignum committeret, nihilquepraetermitteret, qd' ad muneris dignitatem desideraretur.

Gratia, misericordia pax) Gratiam precatur et pacem, quemadmodum alias in omnibus epistolis. Misericordiam autem tantum in duabus his ad Timoth. et illa ad Titum
 255 Etsi autem nonnullis placeat, adiici posse misericordiam, ad interpretandum, quid sibi velit gratia:nonnulli autem additam malunt vehementi quodam affectu, quo Apostolus de salute Timothei admodum erat sollicitus. Attamem si respiciamus, quid tota hac epistola agatur, iudicabimus nomine misericordiae significari singulare Dei presidiq̄
 260 et auxilium, itemqueeximia dona, quibus, qui ecclesiis praesunt, opus habent in tam sublimi atqu longe difficilimo mu nere. Reuera enim nisi Deus praeclaris donis illos ornet ac miserscordia singulari adit uet in laboribus constituendarum ecclesiarum, non potest sieri, ut ad gloriam Dei et utilita. tem hominum aliquid perficiant. Ac de singulari miserscordia, quae hie, qui ad ministerion ordinantur, est necessarsa:ita rursus apostolus2 ad Corinth.4. Cum ministeriu hoch beamus ut nostri misertus est Deus, non degeneramus, sed retecimus occultamenta dedecoris, non uersantes per astutiam, neque dolo tractantes uerbu Dei, sed mansfestatione ueritatis commendamus nosipsos apud
 265 omnem conscientiam hominum in conspectu Del. Et sta tim icapite presentis epissstole, Gratiam habeo qui me potentem reddidit, Christo lesu domino te

mg Sapieuss. | *mg* Iobans. Rom.o. Gdats4 | *mg* Multun re fert, delectum haberi eori, qui ad ecclesiae gubernationem admittuntur. | *mg* Nifxiear? dia hic auxium et cha rismarasigni ficat, quae in iis requiruntur, qui Ecclesiae mune racapessit. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.6]

270 noltro, qui fidelem me iudicauit ponendo in ministerium, qui prius eram blasphemus et n'penceutorvioientus, led meriimiertus eit, nain ignorans id facieba perincredulitate.

A Deo patre nostro, et domino Iesu Christo Domino nostro.) Nam a Patre, qui est verus pater misericordiarum, et Christo, quem Esaias cap.9. vocat principem pacis, bona illa sunt impetranda. Bis autem Christus hic praedicatur dominus: Ac primùm quidem
275 in genere, quia nimirum est verus Deus ac dominus dominantium, licet humiliatus sit apud homines vel p hominibus. Sic Iohan.20. Thomas dicit, Dñs meus, et Deus meus. Si em̄ Deus, vtique et dominus est. Deinde et dominus noster est, quia ipse nos a potestate Diaboli et mortis redemit, atque ita plane suos fecit, quemadmodum docet Petrus 1.Epist.capa. Tertio autem loco vocatur dominus, quia caput ecclesiae est:
280 vultque Apostolus significare, quod ab illo mandata, haec de ordinandis ecclesiis acceperit. Quamobcausam recipere eum merito omnes debesst. Deinde ab illo domino et summo Pontifice debent omnes fideles ministri singularem misericordiam ac dona necessaria expectare. Is namque est, qui ascendit in altum, et dedit dona hominibus Caeterum in quibusdam exemplaribus semel tantum, posteriori videlicet loco legitur vocabulum
285 domini: quod admonendum duximus.

Quemadmodum rogavi te, vt remaneres Ephesi, cum proficiscerer in Macedoniam, permaneto: vt denuncijs quibusdam, ne diuersam sequantur doctrinam, nec attendant fabulis et genealogijs nunquam finiendis, quae quaestiones praeferunt maquamcaquanta denique atpa fuen.

Est haec epistola breuis, tot tamen insignes locos complectitur, quot nulla alia. In tanta breuitate autem nihil potest exordii loco sumi praeter haec pauca uerba, in quibus beneuolentia quidem captari videtur, dum reuocat in memoriam, quae antea amanter rogavit Timotheum vt Ephesi maneret, atque vt idem adhuc faciat, rogat iterum. Attentum vero
290 reddit, dum significat se cupere, vt ad ecclesiarum vtilitatem nonnulla ibi perficiat. Est autem oratio ecliptica, siquidem graece haec tantum dicuntur: Quemadmodum rogavi te, vt remaneres Ephesi cum proficiscerer in Atacedoniam: Addendum vero est: Ita nunc quoque rogo, vt ibi maneat: vel, ita permaneto: siue, ut interpres suppleuit, ita facito. Neque insolens est Apostolo sic concise loqui, maxime quando vehementi quodam
295 affectu ad aliqua valde utilia uel necessaria properat, quod 'eum hoc loco uoluisse admodum est probabile. Nam cum alias Apostolus in omnibus negocijs, tum maxime in his, quae ad publicam spectant ecclesiarum utilitatem, uehemens erat et ardens. Eiusmodi autem eclipticis passim in ipsius scriptis occurrunt, ad Ro.5.9. ad Gal.5.

Prima parte huius epistolae disserit Apostolus erudite, breuiter tamen, de doctrina pure tradenda in ecclesia. Quandocumque autem ecclesia aliqua est ab initio constituenda uel usquam collapsa fuerit restauranda ac reformanda, semper primo loco expediri ea oportet, quae ad doctrinam spectant, priusquam ad ceremonias uel quascumque alias res fiat progressus: rationes sunt in promptu. Primum Deus ipse ecclesiam instituens

formam hanc monstrauit, retinuit et seruauit persepe: Exod.2o. pmulgat Deus doctrinam
 305 legis, qua fides in Deum et Charitas in homines commendatur. Postea cap.23.proponit
 ceremonias. Et Christus Matth.28. Marci 1o. mandat discipulis, primum ut peragrent
 mundum vniuersum, atque Euangelium praedicent omni creaturae. Deinde ut credentes
 baptizent. Secundo, doctrina multo est dignior atque excellentior, quam quaecunque res
 310 aliae: Siquidem propter se expetenda est: cum mentem plene informet et uoluntatem
 Dei tradat: et per se altius penetrat in corda, instituitque hominem internum: Dehinc
 quibuscunque hominibus tam doctis ac sapientibus, quam rudibus et infirmis congruit:
 Adhaec semper remansit eadem, nec mutatur. Denique vera doctrina solius Dei propria
 est. Atqui ceremoniae ex altera parte propter aliquid aliud introducuntur, quippe quae
 315 signa tantum sunt, vel effecta, uel testimonia doctrinae: nec afficiunt animos, nisi
 quatenus eorum ratio per doctrinam redditur, et seruiunt homini externo: Praeterea
 propter infirmos praecipue instituuntur, qui paedagogia quadam opus habent: Crebro
 insuper mutantur, et in plerisque magna libertas relicta est: Denique eadem ceremoniae,
 quas obseruat ecclesia uera, subinde usurpantur ab his quoque, qui Deum non rite colunt.
 Tertio postulat hoc ipsa docendi ratio. Etenim non possunt ceremoniae institui uel
 320 approbari, nisi doctrina aliqua grauiore praeuente, et per doctrinam, quae nimirum
 formam, causas, atque usum ceremoniarum ostendit hominibusque commendat. Porro
 ita connectit Apostolus quae de doctrina primo loco adfert uerbis antecedenti

mg Christus De minus, | *mg* 1. Quae quae uerus Deus. 2. Quia non redimit a peccato, mortis et peccati. 2. Quia caput est ecclesiae. Ephes. 4.5. Ephes.4. Exordium. | *mg* Bencuolentiae captatio Attentio. | *mg* Prima pari de doctrinis pure tradenda in Ecclesia. | *mg* In ecclesiae institutione doctrina in primis habenda ratio est. | *mg* 2. Ratio ad doctrinam ex necessitate | *mg* Doctrina se nopropter seipsum expetenda. | *mg* Discrimen doctrinae uangelicae et ceremoniarum a fineque effectuum ternitate et tempore 3. Ratio. Ceremoniae nullae sunt aut esse possunt, siue uideantur

AD TIMOTHEVM CAP. I.

bus, ut se iungi vix possint: quod illi alias vsitatum est, maxime ubi breuitati studet, atque
 ad docendum aliquid, vel praecipendum magno adfectu rapitur. Vtitur ea sententiae
 325 forma, ut causam finalem notet, ob quam Timotheum Ephesi manere voluerit. Est autem,
 si quando prius instituenda vel reformanda fuerit ecclesia aliqua, perutile obseruare
 et sequi methodum, qua Apostolus in tradenda doctrina utitur. Primo euertit necesse est
 doctrinam falsam. Secundo loco explicabitur doctrina vera. Et rursus in explicatione
 doctrinae verae prior locus dabitur tractationi legis, posterior Euangelii: Sic namque
 330 videmus Apostolum hoc loco atque etiam alibi progredi. Etenim quod ad destructionem
 falsae doctrinae attinet, in graui illa disputatione ad Romanos, ante omnia euertit falsam
 persuasionem de iustitia contra Deum obrinenda ex operibus, dum argumentis perspicuis et
 quasi experimentis euincit, omnes gentes, quae Iudaeos, si considerentur ipsorum
 opera, reos esse apud Deum et damnationi obnoxios. Inde uero pergit nouis argumentis
 335 demonstrare, quod homines iustificentur fide. Actor. 17. in concione ad Athenienses statim
 reprehendit illorum superstitiones et idololatriam: postea annunciat unum uerum Deum
 ac lesus Christum. Quod ita fieri conuenit duabus potissimum de causis. Prima, non

[p.7]

possunt simul consistere, multo minus misceri et conglutinari doctrina vera et falsa, sed necesse est, vt illa statuatur, hanc prorsus tolli: Negatic et affirmatio respectu eodem de eodem dicinequeunt. Secundo uidemus eadem rarsone doceri in ordinandis quibuscunque rebus, quae ante non fuerunt recte constitutae. Medici, si curare uolunt corpora aegrota, primo adhibent medicamenta, quae causas maliremo uent aut minuunt: Deinde porrigunt, quae confirmant ac uires augent. Qui colere ac fer tilem reddere uult agrum siue hortum, eradicat et extirpat uespres, sentes, spinas: mox serit. ac plantat, quae profutura arbitratur. Qui emendare student eiuitatem, notant publica uitia, abrogant instituta iniqua, tùm codunt nouas et salutare leges. Eodem igitur pacto quibus propositum est ordinare uel reformare ecclesiam, instium facient a doctrina: sed prius. quidem destruent dogmata falsa: postea uero stabiliunt uera. Nunc uidemus, quando doctrinam falsam Apostolus euerit, uel prohiberi, antequam latius serpat, uelit. Denuncies, inquit, quibusda. παραγγελον est cum autoritate et ex officio edicere, siue mandandum aliquid sit siue prohibendum: Vnde ea uoce Act.4. et s. utuntur principes populi et Seniores, cùm interdicunt Apostolis, ne loquantur de Christo. Apostolus idem 2. ad Thes.. bis usurpat in praecepto de uitandis fratribus, qui inordinate se gerunt. Admonet proinde Apostolus, in his, quae ad Ecclesiam, maxime uero ad doctrinam seu dogma fidei pertinent, grauius et cum autoritate debere per Episcopos cuncta fieri.

Quibusdam:) Indefinita ac proinde generalis est Exhortatio: quo sciat Timotheus, sibi aduersus quoscunque suspectos ac deprehensos, tam illo, quam alio quouis tempore, ta li denunciatione utendum. Quanquam ex sequentibus facile est animaduertere, quales prohibere maxime uelit. Erant sicut alibi, ita Ephesi quoque Iudaei, qui perturbabant ecclesias, qui multa et uaria spargebant uana et fabulosa: sed maximem urgebant, legem ad iustitiam esse necessariam: atque cum Euangelio, cui suum concedebant locum simul debere obseruari: Verba sequentia et epistola ad Galatas, imo singulae prope epistolae id testantur.

Ne diuersam sequantur doctrinam:) Maxime intelligi conuenit de Doctoribus ipsis, atque his denunciandum, ne diuersa doceant: declarant id quae sequuntur, tam hoc capite, quam capite sexto, ubi ea lex recurrit. Non male autem interpretabimur: nihil autem refert, utrum τεροδιδασκαλερ interpretemur aliud docere: quasi sermo sit de doctrinae substantia seu materia: an aliter docere: ut accipiatur de forma siue docendi modo. Nam pariter utrunque Apostolus prohibet. Docent aliud, qui tradunt, quae in Scripturis nusquam sunt comprehensa, aut etiam aperte aduersantur Scripturis: cuius generis sunt, quae in hoc loco ab Apostolo nominatim perstringuntur, fabulae ineptae, uaniloquium. Et Christus Matt. 15. et Marci 7. obiicit Pharisaeis, quod traditiones urgerent, per quas irrita fiebant Dei praecepta. Irenaeus liber 4. cap. 25. qui fuit Apostolorum uicinus temporibus, addit. ad suam usque aetatem extitisse legem quandam appellatam Pharisaeicam, legi Dei plane aduersantem. Docent aliter, qui proponunt quidem quae in Scripturis inueniuntur. sed non tractant ea synceriter: addunt aliquid, aut demunt, aut mutant, aut sententias peruertunt. De talibus est quod subnjcitur, quosdam praedicasse legem, sed legitimum eius usum atque finem non reddidisse. Et capite 6. carpuntur, qui logomachias mouent, deque uerbis magis quam rebus ipsis contendunt Ad Galat. i. ait Apostolus, nonnut

mg Meibodis utilis et necessaria ad ecclesiae reformationem, Lex et Euangelium. Ab exemplo, Rom. 2.5. |

mg A natura con trariorum, uel cotradicterie pignantium. A fimuli. Metephora a corpore ad annum. Simile ab agriultura | *mg* ετεροδιδα meoqd. | *mg* χνισ saica tempore treni. | *mg* Rsecedi bist. liber .. cap

IN I. EPIST. D. PAVLI.

- 380 „ los velle interuertere Euangelium. Actor: 2o. ad prebyteros Ephesios, Ex vobis ipfis [p.8]
 , exorientur viri loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se: Generatim autem [p.9]
 Epiphanius haeres.15.refert, quadruplicem apud scribas et legisperitos expositionem [p.10]
 in pretio habitam: primam in nomen Mosis praephetae fuisse collatam: secundam in [p.11]
 praeceptorem ipsorum Azibam appellatum siue Barchochabum: Tertiam in Andam siue [p.12]
 385 Annam, qui et ludas: Quartam in filios Assamonaei. Ex his quatuor repetitionibus siue [p.13]
 expositionibus sunt, quae apud ipsos recepta sunt Sapientiae opinione: pleraque vero
 insipientiae nomine iactantur, ac celebrantur: quaedam etiam loco electae doctrinae
 praedicantur ac diuulgantur. Hieronymo appellantur eae expositiones διουτερῶτας:
 Idemqueenarrans cap.2.9. Esaiiae, refert, Nazaraeos obiecisse scribis et pharisaeis, quod
 390 ipsorum διδεδεραται defecissent, qui populo illuserant traditionibus pessimis, atque ad
 decipiendos simplices die noctuque vigilarant, qui peccare fecerant homines, vt Christum
 Dei filium negarent. Ex his proinde manifestum fit, quomodo multi praesertim ex Iudaeis,
 aetate Apostolorum, ausi sunt partim aliud, partim aliter docere ac spargere perecclesias,
 atque ita eas perturbare.
- 395 Nec attendant fabulis et genealogiis, etc.) Per contemptum vocat fabulas, quaecunq
 ave ritate scripturarum sunt aliena, nullamque vtilitatem aut aedificationem adferunt.
 Sic autem 2. ad » Timoth.4. Fabulas veritati opponit: A veritate, inquit, aures auertent,
 ad fabulas vero conuertentur. Ac notum omnibus est, in Iudaeorum expositionibus, teste
 Epiphanio, et comprobantibus id Rabinorum commentariis, quas Iudaei etiamnum hodie
 400 legunt, et suscipiunt, plurima fabulosa, stulta, ridicula, contineri. Sed exempli caussa
 addit Apostolus vnam speciem, genealogias inquam, ex qua de reliquis iudicium potest
 fieri.
- Caeterum, quare genealogiis pertexendis tunc quidam fuerint curiosius, et vt repre-
 hensionem incurrerent, dediti, operaepretium est consideremus.
- 405 Herodes Antipatris filius, cum obscuris ortus esset parentibus, exussit libros diutil-
 sime asseruatos in templo, in quibus familiarum genealogiae conscriptae fuerant: Vnde
 permoti Iudaei, inprimis Nazaraei, multum operae posuerunt, in genealogiis partim
 memoriter, partim ex diariis et annalibus recensendis: atque istud facientes Iudaeam
 peragrabant vniuersam Refert id Africanus apud Eusebium Bcclesiast. histor.libus
 410 1.cap.6.
- Deinde, colligebant genealogias suas Iudaei, vt lingua et inani fastu iactarent ex-
 imios patriarchas, ac praerogatiuam quandam sibi prae gentilibus arrogarent, perinde
 ac si eo nomine etiam apud Deum praestantiores haberi deberent: ad Roman.3. 11.
 ad Philip.3. Tertio: Ex genealogiis conabantur patefacere veritatem ac certitudinem
 415 diuinarum promissionum, quae ad Abrahamum ac Daudem de Christo ex semine istorum
 nascituro, tot ante seculis facte fuerant. Hac de caussa Euangelistae quoque genealogiam
 Christi conscripserunt. Quarto: Dum ita genealogiis digerendis plerique erant intenti,
 saepenumeron dissensiones ac certamina acria exoriebantur. Quinetiam probabile est,
 etiam de Genealogia Christi, vt ab Euangelistis edita est, quosdam nimis que odiose

420 rixatos: Quod subindicat Epiphanius haeres.29. de Nazaraeis disserens: Apud ipsos, inquit, Euangelium Matthaei, quemadmodum ab initio scriptum est hebraicis literis, adhuc seruatur: nonnulli etiam genealogias ab Abraham vsq ad Christum amputauerunt.

Et dum haec plerique ludeorum ad Christum conuersi vana curiositate agerent, grauabant etiam gentiles recens ad ecclesiam accedentes, vt genealogiarum ordines
425 perdiscerent, quemadmodum refert Theodoretus: Interea autem aliarum rerum, quae vtiliores erant magisqueneccessariae, tractationem negligebant, imo ueron et impediabant. Quae omnia cum sic se haberent, merito reprehendit Apostolus inane et noxium hoc studium, atque omnes ab eo detrahere desiderat.

Quid? dicet aliquis: Christiani non curabunt genealogias? Aut peccant, qui ueteres
430 illas ex scripturis inuestigent? uel, qui etiam hoc tempore illustrium familiarum, inprimis regiarum ac principaliq, maiorum, originem ordine digerunt? Respondeo aliquot propositionibus, Genealogias in libris sacris ueteris testamenti cognoscere studebimus, idque easdem ob causas, ob quas Spiritus Sanctus mandari literis illas uoluit: pimô quidem, ut notemus rationem temporum atque annorum mundi seriem. Secundo uero, ut deprehendamus, quomodo impletae sint promissiones, ad sanctos patres, de Christo ex ipsorum
435 posteritate nascituro, factae. Atque haec posterior causa cum primis obseruanda est. Ac dignum est, quod adnotetur, singulari Dei prouidentia factum ut paulatim et quasi per gradus a promissionibus generalioribus ad speciales progressus fieret. Primum namque

mg rabile 44 | *mg* Degencalotis iudaeorum. | *mg* obiectio | *mg* Responsio. 1. Propositio. | *mg* Vtile est ueteris testamenti obseruari genealogia 1. vtilitas. 2. Vtilitas. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

[p.14]

A damo denunciabatur in genere, ex muliere, sine ex semine mulieris proditurum seruz
440 torem. Postea Abrahamo, qu'ex ipsius posteritate, ac certo populo, circumciso uidelicet Christus esset nasciturus: Iacobo Patriarchae datum fuit praeuidere, ex qua tribu nomen trahente a quodam ipsius filio expectari Siloh deberet. Non recedet, inquit, sceptrum de Iudah, donec veniat Siloh, et ad illum gentes confluent. Dehinc Dauidi manifestatum ex qua familia eiusdem tribus nasci Christus vellet. I'andem etiam certa virgo est in eadem
445 familia diuinitus monstrata, ex qua carnem Christus acciperet, misso nimirum Angelo ad Mariam, Iosepho, 9 ex domo Dauid erat, desponsatam. Ex his autem liquet, quam necessarium fuerit, genealogiam Christi ex libris ueteris testamenti, quemadmodum dum Euangelistas fecisse videmus, excerpti atque Gmlbus cegnorceiuainl exhiberi.

» Secundo: li quae praeterea causae siue fines adferuntur, ob quas genealogiis digerent
450 dis insistere conueniret, non tamen sunt magni ponderis, ac propterea illis minus mouebimur. Et cum supputatio annorum ex genealogiis obscure adhuc depromatur, nec satis haberi queat comprobata, quod testantur mirabiles eruditorum hac in parte dissensiones: attamen Christi populus, tribus, familia, ex genealogiis, vt Euangelistae Matthaeus et Lucas eas pertexuerunt, manifeste et sine errore deprehenduntur: quamobrem in Euangelistarum diligentia par est omnes acquiescamus. Si qui dissidere Euangelistas aliquo
455 modo suspicantur, at non est difficilis conciliandi ratio: quod doctissimem demonstrauit Iulius Africanus liber de hoc argumento edito: vt testatur Hieronymus in opere De

scriptoribus Ecclesiasticis: et summam sententiae illius transcripsit Eusebius liber 1. Ecclesiast. histor. cap.6.dicens: Alterum Euangelistam sequi naturae ordinem, alterum
 460 niti instituto legis. Memi nit etia Africani probatque eius sententiam Augustinus Retra-
 tat:libus 2. cap.7. Et consuli idem potest de consensu Euangelistarum lib2. cap.4. Contra
 faustum Manichaeum liber 3. et4. Cuman Euangelistae suum munus in recensendis ge-
 nealogiis cognitu necessariis, summa fide sint executi, consequitur, disceptationes omnes
 465 de genealogiis autoritate Euangelistarum dirimi: praeterea, finem esse debere omnis
 curiosae de iisdem inquisitionis, vbi precipuarum genealogiarum, q̄ habentur in sacris
 literis, verus vsus satis est explicatus, supuacaneus et poenitendus labor fuerit, plura de
 illis velle inquirere. Nec dubium, quin huc inprimis respexerit Apostolus, quando, ne
 attendant fabulis atque genealogiis, phibet. Vult tatum necessaria addisci. Quarto quod
 proinde Herodes sibros genealogiarum exuri curauerit, inter. pretari debemus iusto det
 470 iudicio esse factum. Etenim vaticinium Iacob de ablato sceptro a Iudah, aut de aduentu
 Siloh, impletum conspiciebatur, iamque tempus appetebat, quo regnum sacerdotum, lex,
 ceremoniae, templum, et vrbs ipsa, debebant deleri. Quibus omnibus ita semel subuer-
 sis, necessario etiam perire oportebat genealogiarum sup putatlonem. Ac docet sane
 experientia, Iudaeos, ex quo tempore Hierosolyma fuit po stremo per Titum Vespasiani
 475 filium solo aequata, non posse tribus vel familias suas ordinate recensere: id quod, quia
 hinc illinc in remotissima loca fuere per prouincias, nullo familiarum aut coloniarum
 seruato ordine, dispersi: tum quia temporis, quo varia subire exilia et sedes subinde
 mutare coacti sunt, longinquitas non permittit: Certum est hoc pa cto Deum velle gentis
 superbiam et stultam ob maiores gloriationem retundere.

480 Sed neque necessarium amplius est, pro annorum supputatione a genealogiis admi-
 niculum petere. Nam ex q̄ Christus generis humani seruator carnem induit, sapienter
 introducta receptaque est ratio digerendi annos, non ab Adamo, Abrahamo, vel Dauide,
 sed ab ipsius Christi incarnatione: quo pacto anni sine disceptationibus et absque errore
 villo hucusque recensentur. Vbi namque eum, olim patribus et familiis erat pmissus,
 485 praesentem recepi mus, nulla nos deinceps de illorum patrum familiis et genealogiis
 debet sollicitudo premere. Imo si quis ad genealogias recurrere nunc vellet, suspectum
 sane se redderet, perinde ac si dubitaret de pmissionibus quondam factis, aut nondum
 crederet Christum in mundum venisse. Ergo in Christo ac genealogiae eius descriptione
 vera per Euangelistas aedita finem omne genealogiarum studiū accepit. Tantum de
 490 genealogiis, q̄ in sacris literis recensentur, pro vt de illis aetate diui Pauli disceptabatur,
 et quatenus negotio religionis sunt accommodatae. Quod porro ad genealogias regum,
 principum, aut quorumuis illustrium homi. num attinet, eas sine reprehensione licet
 Christianis hominibus digerere ac notare. Neque enī ad religionem haec res spectat, sed
 plane politica est, ideoquesicut multae aliae res Politicae, crimine vacuae et concessa. Ac
 495 tres sunt caussae praecipuae, propter quas huiusmodi genealogiarum! aliquanta cogniuo
 vnicuique utilis et necessaria censetur.

mg Gons. Gen.7. | *mg* Genesao. 1.Samucl.7. Psal.89. Esa.7. Luc.1. Μαθη | *mg* 2Prope | *mg* 1prope
 | *mg* -Prope | *mg* 5Propo | *mg* e Pegxe logiss regum et principum, etc. 7 Politicarum genealogiarum
 triplex Mc |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.15]

Prima est ius successionis: Scire enim operaepretium est, a quibus maioribus, et quo iure regna, prouincias, praedia, et quascunque facultates vnusquisque acceperit possideatque ;: tum qui rursus haeredes mortuis succedere in bonis debeant.

500 Secunda ius respicit contrahendarum nuptiarum. Notum namque est certis propinquitatis gradibus prohiberi coniugia. Ac de his duabus causis iurisconsulti accurate disserunt, nec magni laboris est perdiscere, quae huc requiruntur.

Tertia causa sumitur ab excitatione ad virtutem, quae nascitur ex consideratione rerum, quas maiores cum laude gesserunt. Enimuero vt sciamus, a quibus doctrinam
505 religionis acceperimus, quanta sit eius dignitas et antiquitas, vt admoneamur constantiae in confessione veritatis, fortitudinis, beneficentiae, et aliarum virtutum, que vnumquemq pro conditione et vitae suae genere decent, prodest ante oculos frequenter ponere, quae maiores nostri pro religione propugnanda, et conseruanda, pro gloria Dei illustranda, pro patria, pro vtilitate piorum et bonorum hominum fecerunt. Estquehaec causa
510 generalis, atque omnibus temporibus omnibusquehominibus communis, vnde fit, vt saepe in veteri T'estamento pii describantur inuocantes Dominum patrum suorum, celebrantes varias virtutes et heroica facta eorundem. Et in nouo Testamento Apostolus in 2, ad Timoth. 1. excitare cupiens Timotheum et confirmare infide, reducit ad memoriam fidem, inprimis ipsius auiae Loidis et matris Eunicae. Et Polycrates Ephesiorum Episcopus,
515 qui de celebratione paschatis epistolam Synodicam scripsit contra Victorem Episcopum Romanum, de se ita ait: Ego quoque minimus omnium nostium secundum doctrinam propinquorum meorum, quos secutus fum (septem siquidem fuerunt propinqui mei Episcopi, et ego octauus) semper pascha celehraui, , quando populus Iudaeorum azyma faciebat. Itaquefratres, sexaginta quinque annos ae» tatis meae natus in domino, et a multis ex toto orbe fratribus eruditus, peragrata omni Scriptura, non formidabo eos, qui nobis minantur. proferuntur haec verba ex epi£ stola illa ab Hieronymo in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum, et Eusebio historiae Ecclesiast. liber 5. cap.4.

Caeterum pria potissimum sunt Christianis, dum genealogias suas pertextunt, cauenda. Primum est, ne studiose genus suum deducere laborent, ac nescio quas aborigines, et
525 nimis longam ac fabulosam confictamqueantiquitatem: quomodo videmus nonnullos in priscis Troianis inaniter quaerere suae stirpis primordia. Viderint tales, ne deridiculi fiant, exemplo Arcadum, quorum stultitia etiam prouerbio locum dedit: quan do, quod haberi vellent omnium mortalium primi et antiquissimi, per irrisionem ab aliis προσέλλυνοι, tanquam luna ipsa antiquiores, appellati. Secundum est, ne titulentur fastus et inanis gloriae captandae libidine: semper enim fastus et ambitio hac in parte reprehenduntur,
530 ad Roman.3.ad Philip.3. Extat et Chrysostomi homilia, qua docet, non esse gloriandum ob progenitorum virtutes. Et Satyrici poetae ementitam aciactabundam nobilitatem perstrinxerunt. Tertium, ne quae a splendore generis bona accesserunt, quouis modo conuertant ad aliorum oppressionem, siue ad quodcunque malum. Hoc namque esset dignitate cum amantibus parta turpiter abuti: quomodo Catilina et nonnulli alii generis
535 nobilitate ac potentia abusi leguntur. His atque aliis vitiis, quae ratione circumstantiarum et causarum incidere possunt, remotis, possunt Christianige neris atque familiarum seriem sine peccato digerere.

Nunquamfiniendis.) Sic describit genealogias, tum quod perse sint institutae, sicut
540 innumerabiles sunt familiae: tum, quod in earundem digestionem ac supputationem inueniri

545 exitus nequeat: cum vbi ad vnum aliquem quasi stipitem et primum familiae parentem
perueneris, necessum sit ad alios quoque longius progredi, a quibus ille idem originem
suam detraxerit, atque ita deinceps ad primum et communem omnium nostrum parentem
Adamum ridicule deducenda erit supputatio. Ergo in hac ipsa voce argumentum latet
superuacaneum modo, verum etiam immensi laboris et stultum est, rei, cuius exitus
550 inueneri nequeat, dare operam.

Quae quaestiones praebent, etc.) Duae sunt rationes coniunctae, quae docent, quare
uitarioperteat omnem et fabularum et genealogiarum tractationem. Prior sumpta est a
550 damno: praebent, inquit, quaestiones: ac necesse ea comprehendamus quae quodammo

mg L Iu succes sionis. | *mg* Ahumpus rumt. | *mg* 3. Virtutum empima | *mg* Cautioncs ingenedogiis.
1. Cauio. | *mg* Arcadesxe σίληνοι. 2. Cautio. | *mg* 1 Cauio | *mg* Caussae pro pter quas de clinandae
fabul et gent alogiae siut. rcusse. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

[p.16]

do multitudini quaestionum inseparabiliter cohaerent, nempe dissensiones opinionum,
acres contentiones, rixas, conuitia, odium implacabile, et c. Posterior ab eo, quod nihil
faciunt ad pietatem, non aedificant, non illustrant gloriam Dei, non confirmant docent,
vel solantur piorum conscientias. Vult Apostolus nos ab effectis iudicium petere, vt
555 statuamus, num doctrina aliqua sit amplectenda, vel reiicienda. Cuius do ctrinae effecta
atque fines sunt noxii, illam merito omnes vitabunt. Aedificare hebraic phrasi et per
Metaphoram ductam ab exemplo Architectorum et fabrorum: trant fertur a corporali
ad spirituale: idemque significar, quod docere, instituere, excitare, con firmare, tum
verbo, tum actionibus, vt recte alii sentiant, iudicent, faciantue. Quem admodum domus
560 et quodcunque aedificium extruitur per fabros e lignis et lapidibus arote concinnatis:
Sic ecclesia, siue quicumque pii ecclesiae ascripti docentur, instituuntur, confirmantur,
peralios pios doctrina et exemplis, ad normam verbi seu voluntatis diuinae congruentibus
Ac valde idonea est haec phrasis, ideoque frequenter ab Apostolis vsurpara. Vnde et
ecclesia ipsa appellatur spirituale aedificium, structura, remplum, ad Ephes.2. Et pii
565 1. Corinth.6. vocantur templa ac habitacula Spiritus Sancti:1.Petri2. Christus appellatur
lapis angularis, et primas ac fundamentum iecisse, alios vero doctores superaedificasse.
Et quo vnusquisque clarius perspieiat, de spirituali aedificatione sermonem haberi,
adiecit Apostolus vocem Dei, nimirum, aedificatioista non est corporalis vel humana,
sed spiritualis ac diuina: Ac debet ea tantum doctrina sonare in Ecclesia, quam Deus
570 ipse verbo suo tradidit, ac nobis omnibus commendauit, quae item ad iplius Dei tendit
gloriam:nec possunt admitti fabulae uel uaniloquia.

Quae est perfidem) Interpretatur ac pleniùs explanat, quae nam sit uera aedificatio:
ut iudicemus, num doctrina aliqua aedificet, debemus in primis spectare elus aurorem
nempe Deum, atque huius uerbum: Sed quia etiam falsi doctores dicere audent, Haec
575 dicit Dominus, atque impia dogmata conantur de iactis scripturae uerbis stabilire, necesse
est ulterius progredi atque considerare etiam materiam ipsius doctrinae, id est, num fides
per eam commendetur. Earens namque doctrina aliquautiliter proponitur et recipitur

in ecclesia, quatenus a Deo est, et ad Dei gloriam dirigitur, quatenus insuperfidem ac fructus ex ea pullulantes praedicat. Etenim fides iauae fundamentum est iustificationis
 580 multiplices complectitur fructus, qui iustificationem consequuntur, dilectionem, inquam, spem, uerum timorem, pacem conseruientiae, tolerantiam, mansuetudinem, etc. In iustificatis, ad quos, et de quibus Apostolus loquitur, fides otiosa nec est, nec potest sola consistere.

Caeterum decet nos memoriae commendare, quae Apostolus hoc loco tradit, quo
 585 de quacunque doctrina, siue ea per pios doctores, siue per alios adferatur, sanum et rectum feramus iudicium. Ac par sane est paulo diligentius ista excutiamus, tum propter utilitatem, tum quia eadem opera sententiae quaedam sequentes in hac epistola illustrabuntur. Tria potissimum sunt ei consideranda, qui discernere uult, num doctrina, quae proponitur, amplecti uel reiicere expediat. Primum uerba ipsa siue uocabula,
 590 quibus dogma aliquod enunciat. Secundum, res seu materia. Tertium, usus, effecta atque finis. Ex his quomodo iudicium peti debeat, ordine ostendemus. Quod ad uerba igitur attinet, notum est, uerbis non rite intellectis, neminem posse quibus de rebus agatur, satis assequi. Quamobrem prima semper est uerborum cura, eorundem expendi oportet significationem. Vt autem hac in parte cautus sis, ante omnia uide num
 595 sententia siue dogma nouae doctrinae pronuncietur uerbis propriis et uisitaris. Nec aliunde certius possumus discere, quae propria et usitata sint uocabula in theologicis sermonibus seu disputationibus usurpanda, quam ex sacrae Scripturae libris. Neque quae uerbis utitur ipsius Scripturae, is merito audietur. Si quis uero noua introducatur uocabula, aut etiam nimis dura longiusue petita, suspectus habeatur, eius doctrinam admittere
 600 fas non erit. Ita namque definit Apostolus 1. ad Timoth. 6. Timothee depone, tum seruam, deuitans profanas uocum nouitates, et appositiones falso nominatae scientiae quam nonnulli profitentes circa fidem aberrauerunt. Rursus 2. ad Timoth. 2. Stude te ipsum probatum exhibere Deo, operarium non erubescens et recte secantem sermonem ueritatis. Caeterum profanas uocum nouitates praetermitte: ad maiorem enim proficiet
 605 impietatem. Semper autem his locis nonnullos non ualeat corrigere.

mg »Cussa | *mg* 2 neologis et Hoctrinis. Metaphora ab Architectis. | *mg* Ecclt-fados mus Dei. | *mg* Differentia doctrinae ue rae et fase. ride fuAtus. | *mg* Iucum de ctrinae ex uerbis ipsis. 1. Cautiosiusue consideratio. Dogmata noua ex uer bis nouis un propriis, et mnusitaus, co gnoscuntur. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

id est uocum nouitates, sed *πεσοφωνάς*, id est, uocum inanitates legere. Verum quando et ratio sententiae, et praestantissimi quique interpretes, Basilius, inquam, Chrysostomus, Fulgentius, Ambrosius, Augustinus, alique plures priorem lectionem magis probant, nos eam sequimur ac retinemus, et cum Apostolo omnibus piis constituimus, nouas et
 610 inusitatas uoces esse in Theologicis negociis fugiendas. Notandum tamen est, Apostolum non simpliciter excludere omnes uoces nouas, sed profanas, hoc est, quarum significatio in literis sacris nusquam extat, non quas ecclesiae consensus in loquendo non reiicit, quemadmodum erudite Augustinus in Iohannem tractat. 97. Sunt, inquit, quaedam doctrinae religionis congruentes uocum nouitates: sicut ipsum nomen Christianorum,

[p.17]

615 quando dici coeperit, scriptum est: In Antiochia enim primùm post ascensionem Domini appellati sunt Christiani, sicuti legitur in Actis Apost. cae 11. Sicuero et *ομοσιον* nouum uocabulum est, sed huius significatio deducitur ex Christi uerbis: Ego et pater unum sumus, uidelicet, eiusdem substantiae, Iohan. 1o.

Secundon uidere oportet, an, qui proponit doctrinam nouam, uerba plura limul
620 iuncta apte colligat: Nam in uerborum allegatione atque sermonis forma non satis apta, non obscuritas modo, uerumetiam error rectae fidei repugnans cito nascitur: unde Hieronymus in Oseam, Ex uerbis inordinate prolatis incurritur haeresis. Quem igitur animaduertis sententiam minus apposite exprimere, quia uidelicet uerba aliter, quam decet, construit, huius dogma tantisper fugito, dum dilucidius magisque proprie loquatur.
625 Atque istud faciens, praeceptum sequeris Apostoli, dicentis, 2. ad Timoth. 1. Formam habeto sanorum sermonum, quos a me audisti cum fide et charitate, quae est in Christo Iesu. Ad quae uerba Chrysostomus: mandat, inquit, Apostolus, ut si cui opus sit siue de fide, siue de Charitate, siue de Castitate aliquid loqui aut definire, exem plaria recte loquendi ex ipsius petat sermonibus. Certe Scholastica Theologia, sicut scatet impropriis et a Scriptura alienis locutionibus, ita plurimos errores inuexit in ecclesiam.

Tertio: contingit interdum aliquos nouis et insolitis uerbis studiose uti, quo existimentur tanquam caeteris peritiores aut sapientiores res nouas atque admirandas dicere: Interea autem deprehenduntur nihil diuersum adferre a caeteris, et quamuis uerbis dissentiant, re tamen ipsa conuenire. Aliquando porro nimis anxie et pertinaciter disceptant
635 nonnulli de uerborum quorundam significationibus. Haec qui faciunt, cient tantum uerborum pugnas, atque abs re odiosa aggrediuntur certamina. Quamobrem horum quoque doctrinam Apostolus uult uitari, 1. ad Timoth. 6. Si quis diuersam sequi tur doctrinam, et non accedit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, et ei quae secundum pietatem est doctrinae, is inflatus est, nihil sciens, sed insaniens circa quaestiones ac disputationum
640 pugnas, *λογομαχίας*, ex quibus nascitur inuidia, contentio, maledicentia. Et 2 ad Timoth. 2. Haec admone, contestans coram domino, ne *λογοκαρίας* sequantur, ad nullam utilitatem, sed ad subuersionem auditorum. Atque haec de expendendis uerbis sufficiant. Post uerborum accuratam disquisitionem operae pretium est, in materia ac rebus ipsis aestimandis iudicium exerceri. Vt autem breuiter statuamus, ad hic fieri expediat: tria
645 possunt definiri quaestionum genera, quae ratione materiae seu rerum ipsarum uitari atque reiici sine longa decertatione possunt. Primum est de eiusmodi rebus, quae ad Theologiam nequaquam proprie pertinent, sed potius sumptae sunt e philosophia aut poesi, aut similibus disciplinis externis. Nec enim conducunt ad expli candam doctrinam fidei, charitatis, spei, vel ad uitam in pietate recte instituendam: vel etiam ad illustrandos uiles
650 locos in Scripturis. Non est autem difficile ei, qui in sacris literis vtunque est versatus, iudicare quae nam quaestiones sint huiusmodi. Apud Epiphanium in disputationibus aduersus haereticos multa occurrunt exempla quaestionum motarum in ecclesia, quae, cum prorsus expenderentur, ex philosophia et poesi, ex quarum cognitione nonnulli haeretici aucupabantur gloriam, manasse deprehendebantur: Vnde idem Epiphanius
655 aliquoties autores profanos Pythagoram uidelicet, Platonem, Hesiodum, Homerum, et similes nominat, ex quorum libris illi sua fuerant mutuati. Et non modo ab hostibus ecclesiae quaestiones eiusmodi sunt propositae, uerumetiam ab his, qui clari doctores in ecclesia extiterunt. Origenes disseruit de *μεταδεκός*, id est, animarum migratione e corporibus in corpora: secutus Prthagoricos:

mg vaveganta Egiende. | *mg* 2 mina uersio, An uerba probe sint allegatd. | *mg* Theologia scolastica | *mg* 2-cautio. | *mg* Secundum ue dicium ex | *mg* Materiagir. ca quam uersantur doctrinae. | *mg* Tria gener quaestionum ratione materiae. 1Gen quaestionum pergruaran |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

[p.18]

660 itemquede quibusdam aliis a Christiana doctrina remotis, quae tamen, vt Hieronymus in epistola ad Anilum ait, ipse non dogmata, sed tantum quaesita proiectaque appellauit. Et scimus, per Augustinum, Hieronymum, Claudianum, Mamertium episcopum Viennensem in Gallia, permulta discussa esse de anima, subtiliter magis, quam pie, id est, philo sophice potius, quam theologice, etiamsi videntur huc importunitate quorundam haeticorum fuisse adacti. August. Epist. 56.refert, Dioscorum petiuisse a se, vt locos aliquos de dialogis Ciceronianis explanaret. Negari insuper non potest, varias quaestiones inductas in ecclesiam et scholas ecclesiasticas theologis appellatis scholasticis: itemquea Canonistis: de quibus incertum est, an iureconsulti, an Theologi agnosci possint, quae tamen cum religione Christiana commune nihil habent: In summPigitur omnes huiusmodi quaestiones, quoniam, si cum verbo Dei conferantur, sunt tanquam fabulae et nugae, licebit Theologiae ac veritatis Christianae studioso reiicere, tanquam ad se nihil pertinentes. De hac re praeceptum habemus diui Pauli ad Coloss.2 Videte, inquit, ne quis sit, qui vos depraedetur per philosophiam. et inanem disceptationem, iuxta constitutionem hominum, iuxta elementa mundi, et non iuxta Christum. Etiad 675 Timoth.1. Denuncies quibusdam, ne diuersam sequantur doctrinam, nec attendant fabulis et genealogiis nunquam finiendis. Rursus2. ad Timoth. 4. Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed iuxta concupiscentias suas coaceruabunt sibi doctores, quibus aures pruriunt, et a veritate quidem aures auertent, ad fabulas vero conuertentur.

Secundum genus quaestionum est, cum proponuntur specie quadam pletatis, vt plane 680 theologicas esse, et verbo Dei comprobari, aut certe ad Scripturarum intelligentiam aliquosque profuturas aliquis suspicetur: Attamen vbi accurate peruestigaueris, latens absurditas, vanitas, aut etiam impietas sese tandem prodit. Exemplum adfertur ab Apostolo. Doctrina legis praeclara estarque in ecclesia perquam necessaria. Atque sic tradita potest: Verum si addatur, quod lex data sit, vt per eam iustificemur coram Deo, vel, vt 685 etiam gentiles ipsam cum omnibus suis partibus recipiant obseruentque, contagium et magnum malum hinc sequetur. Atque ita ductabunt eiusmodi doctores a principiis plausibilibus ad noxios progressus hoc est, ad mataeologiam, id est, vaniloquium. Quonobrem definit Apostolus, tales disputationes esse omni studio fugiendas.

Porro finis, inquit, praecepti est charitas ex puro corde, et conscientia bona, et fide non simulata, a quibus quod aberrarunt quidam deflexerunt ad vaniloquium, ματαλογία, volentes esse lepis doctores, non intelligentes quae loquuntur, neq de quibus asseuerant ad perturbendam sanam doctrinam et lacerandas ecclesias:

Quidam aliquando contenderunt, credentes vniuersos per Christum restitui primae innocentiae: hinc porro nudos debere omnes incedere et sacra peragere: hac de caussa appellati sunt Adamians referente Epiphano: Quamuis et patrum nostrorum memoria idem 690

sensisse ac docuisse quosdam Bohemios, Aeneas Syluius historiae Bohemicae cap.41. narrat. Quisquis autem natura congenitum pudorem adhuc retinet, statim agnoscit, illos vana et absurda conatos tueri. Ophitae haeretici serpentem adorarunt, sed interpretantes, se in serpente colere ipsum Christum: nam in Scripturis cum Serpente a Moyse erecto confertur: ac typum sui elucere in hoc voluit Basilius, fama est, solitos tum sese, tum hospites suos religionis causa castrare. De Rhetorianis D. Augustinus in libr. de haeresibus ad Quoduuldeum ait, Quod censeant haeticos omnes recte ambulare et vera dicere. Itaque multa quae proponuntur et firmis existimantur nisa rationibus, absurda, vana, et nugatoria deprehenduntur, ac proinde indigna, quae percipere pii laborent. Idem iudicium esto de Enarrationibus, quibus impii Iudaei libros sacros contaminant: item de plurimis quaestionibus Sophistarum scholasticorum: veluti cum disputant, Vtrum haec propositio, Deus pater odit filium, sit possibilis. Vtrum sit aliquid in generatione diuina: Et quis enumeret omnia huiusmodi deliria ?

Terin generis quaestiones sunt, quae de rebus mouentur longe supra ingenii capti positae. Frustra illis quis cognoscendis sese macerat, quae non sperat se assecuturum, Tales audiuntur nonnullae de mysterio Trinitatis, de filio Dei, de Spiritu S. de Sancto

mg Onues que stiones fabu losae et a uer bo Deiatiene figiende. | *mg* 2 Genuiqua stionum absurdarum. | *mg* 3. Genusquae stionum, que suutrenotab hominis |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

rum praedestinatione, de causa mali. Vbi igitur ad haec ventum est, religiose animum submit. temus, et contenti gratia, quam Deus nobis ad mensuram donauit: ad Ephes.4. diuino Numini debitum honorem deferemus, dicentes cum Apostolo ad Roman.n1. ô pro., funditatem diuitiarum et sapientiae et cognitionis Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inperuestigabiles viae eius? Ac saepe prodest memoria repetere dictum illud sapientis Hebraei Iesu Syrach cap.3. Difficiliora te ne quaeras, et quae tuas superant vires, ne stulte exquiras. Quae tibi mandata sunt a Deo ea sancte meditare: neque enim opus est tibi, quae sunt arcana, oculis cernere: Quae non necessaria, sed superuacanea » sunt orationi tuae, ea curiose ne tracta. Nam plura quam humanus sensus capiat, tibi patefacta sunt.

Restat tertio loco dicamus de considerando vsu, effectis atque finibus vniuersi doctrinae, quae recens proponitur. Clare autem definit: Si quis tradit ea, ex quibus non sequitur aedificatio Dei, quae est perfidemia, id est, neque doctrina fidei siue verorum dogmatum asseueratio, siue redargutio dogmatum falsorum, neque institutio vitae ad iustitiam, neque correptio a recta via aberrantium, neque consolatio afflictorum, (nam ad haec capita sicut omnis pertinet Scriptura, sta omnem quoque explicationem doctrinae sanae par est referamus) sed potius nascuntur quaestiones superuacanae, inutiles, imo et noxiae, tum rixae, aemulationes, obtreptiones: id esse explanandum. Et cap.6. in eandem sententiam legimus, Ex doctrina diuersa a sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi oriri quaestiones et pugnas verborum: dehinc sequi inuidiam, contentionem, maledicentiam, superstitiones malas, superuacaneas conflictationes, hominum nempe corruptorum, et quibus adempta est veritas, quique existimant quaestum esse pietatem.

[p.19]

730 Subindicat interim diuersos subinde fines acutis disputationibus esse propositos, veluti
 quaestum, ambitionem, ius primatus: Ac de his diligenter esse inquirendum. 2.ad Tim-
 oth.2. ait, pugnas verborum nullam adferre vtilitatem, sed iis subuerti auditores. Ibidem
 addit: profanis vocum nouitatibus proficere homines ad maiorem impietatem, et longe
 latequemalum ser» pere, quemadmodum serpit cancer morbus. Ruisus, stultas autem et
 735 ad eruditionem ineptas quaestiones reiice, sciens eas gignere pugnas. Porro non tantum
 effecta atque fines, qui ex ipsis per se sequuntur disceptationibus, vult Apostolus a nobis
 expendi, verum etiam affectus, quibus qui doctrinam suspectam inuehant, mouentur,
 vitia quibus iidem laborant, denique et fines, quos praestituunt sibi. Vnde Apostolus
 740 2. ad Timoth.3. Erunt, inquit, homines sui amantes, auari, fastuosi, superbi, maledici,
 parentibus immorigeri, ingrati, impii, carentes affectu, nescii foederis, calumniatores,
 intempe- rantes, immites, negligentes bonorum, proditores, praecipites, inflati, volupta-
 tum amantes potius quam amantes Dei, habentes formam pietates, sed qui vim abnegarint
 eius: istos igitur auersare. Ex his enim sunt isti, qui irrepunt in familias, et captiuas
 ducunt mulierculas, oneratas peccatis, actas cupiditatibus variis: semper discentes, neque
 745 vnquam ad cognitionem veritatis yenire valentes: Quemadmodum autem larnes et lam-
 bres restiterunt Mosi, ita et hi resistunt veritati, homines corruptimente, reprobi circa
 fidem. Et ad Roman.i5 Obsecro vos fratres, ut consideretis eos, qui dissidia et offendicula
 contra doctrinam, quam uos didicistis, gignunt, et declinetis ab illis: Nam qui eiusmodi
 sunt, lesu Christo non seruiunt, sed suo uentri, et per blandiloquentiam et assentationem
 750 decipiunt corda simplicium. Ad Galat.6. Quicumque uolunt iuxta saciem placere in
 carne, hi cogunt uos circumcidi, tantum ne ob crucem Christi persecu tionem patiantur.
 Sunt alibi alia effecta, alii fines, atque diuersae falsorum doctorum notae explicatae.
 Operaepretium proinde est etiam in his, per quos noua doctrina euulga tur, diuersa ista
 effecta atque fines, corruptos uidelicet affectus, uitiosos mores, fines inhonestos, flagitia,
 755 diligenter obseruari: quandoquidem haec omnia sunt reuera tanquam fructus impiae
 doctrinae, ex fraudulento pectore pullulantes. Nec potest quispiam praetexere, se non
 posse satis discernere, quinam tales impii doctores existant. Nam ita Deus sua iustitia
 atque prouidentia hypocritas atque omnes, qui reluctante propria conscientia falsum
 docent, aut ueritatem quouis modo, id est, siue per se, siue per alios, et siue aperte, siue
 760 oblique, impugnant: punitat mulctat, ut turpiter in aliqua

mg Teuimì dicitur a fins et effectis. | mg Efeaapa gnarum. | mg Afdusde ecntium. | mg Note diuc dae
 bypocri. tgun et faforum docto: rum. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

detestanda peccata labantur, vel certe aliis modis pudefiant, quo iudicare postea omnes de
 ipsis et falsa ipsorum doctrina possint. Propterea Christus Matth. 7. iubens, vt caueant
 sibi a pseudopphetis, qui veniunt in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi
 rapaces, ait, a fructibus ipsorum agnoscetis eos. Vbi et pluribus verbis declarat Christus,
 765 non posse fieri, quin tandem fructus illorum noti fiant omnibus. Latent et teguntur forte
 doli aliquamdiu, attamen progressu temporis in lucem eos protrahi necesse est. Quocirca
 Apostolus 2.ad Timoth.3. post enumerata hypocritarum et falsorum doctorum varia

[p.20]

scelera, subiicit, tales homines non posse amplius proficere, sed ipsorum amentiam
 omnibus patefieri. Ad Philip.3. Complures ambulant, de quibus saepe dixi vobis, nunc
 770 autem et flens dico, inimici crucis Christi, quorum finis perditio est, quorum Deus venter
 est, et gloria in dedecore ipsorum. Atque omnibus aetatibus eccle - siae fuerunt huius
 rei exempla in conspectu posita: et diuites et maiores, sapientes et eruditi diu restiterunt
 Mosi coram pharaone, tandem vero fassi sunt se victos, ac digitum siue virtutem Dei
 per Mosen efficaciter operatam. Exod.8. 2. Tim.3. Qui longo tempore imposuerant
 775 regibus, principibus et populo sacerdotes Baal dum se opponunt Heliae prophetae Dei,
 mirabiliter confunduntur. 1. reg.18. Quomodo vero Arrius, cum crederetur victor in
 causa, et magno honore atque pompa ad Alexandriam esset deducendus ecclesiam, diuina
 vltione turpiter in latrina inter cacandum cum intestinis et animam simul profuderit,
 testantur Ecclesiasticae historiae Eusebianae liber 1o. cap.8. Tripart. histor. liber
 780 3. cap. 1o. Nec desunt praesenti aetati illustria exempla, si ea commemorare liberet.
 Sed hic iam non est nostri instituti pluribus de hac re disserere. Adhortamur igitur
 omnes rerum sacrarum studiosos, vt quandocunque doctores noui irrepunt, vel potius
 prosiliunt in ecclesiam, prudenter expendant, an placita eorundem sequenda sint aut
 fugienda, eamque ad rem adhibeant in consilium, quae hactenus ex sacra scriptura sunt
 785 in medium prolata, eademque assuescant quibuscunque argumentis accommodare. Sed
 et studeant, quaecunque his cognata in scripturis occurrerint, accurate notare, atque his
 adiciere. Disputant sane hoc tempore de variis rebus in Ecclesia, et hi quidem, quorum
 magna est propter eruditionem non vulgarem existimatio: Attamen, si libeat primùm
 verba ipsa, dehinc res siue materiam, postremo vsum, effecta, et fines diligenter scrutari
 790 expendereque, comperiemus praestabilius esse, vt illarum disputationum plerasque
 praetermittamus, quam ut insumamus tempus in illis percipiendis. Enumerare eas ac
 de singulis consutam facere, nimis longum foret. Quare vnus cuiusque diligentiae ac
 priuato iudicio hunc laborem committimus, Debemus pono Deo gratias agere, qui in
 uerbo suo huiusmodi normas siue regulas iudicandi de doctrinis extare et quasi ardentis
 795 faces praelucere uoluit, quas in rebus dubiis, maxime cum nouis disceptationibus ac
 turbis prope collidi uidetur ecclesiam, tuto sequeremur. Et ictum est a psalmographo
 Psal.119. Lucerna pedi meo uerbum tuum, et lux semitis meis. Praesidium certum ac
 scutum uere magnum est, audire et adhaerere doctori Spiritui sancto. Quinetiam par est
 Deum assidue precemur, ut facultatem diiudicandi doctrinas in ecclesia sua integram
 800 semper conseruet, ac nobis etiam per suam misericordiam benignam impertiat. Atque
 haec quidem hactenus generatim, quamuis breuissime, de euersione doctrinae falsae, in
 qua semper primo loco esse laborandum supra diximus. Sequitur nunc de plantatione
 doctrinae uerae ac omnium primum de lege.

Porro sinis praecepti.) Apostolus partem de plantanda doctrina vera ingrediens de
 805 lege prius agit, quam de Euangelio: idque his, ut probabile est, de causis.

1 Illophetis familiare est, in concionibus statim ex lege damnare peccata, obimr
 gare transgressiones, ut sic adducant ad poenitentiam, mox subiiciunt adhortationes
 ad poscendum ueniam et promissiones euangelicas de misericordia per fidem accipien
 da. Passim occurrunt exempla apud Esaiam et reliquos. Christus autem et Iohannes
 810 Baptista priorem partem concionum faciunt de poenitentia: posteriorem de peccato
 rum remissione et regno coelorum. Vult igitur Apostolus hos antecessores imitari. 1
 Siconsideramus tempora promulgationis, les primo promulgata est per ssio.

mg Moei auay ptiaci consan duntur. | *mg* Arrii intert. ue soedus.. | *mg* Voebz Det Lydus Lapis ac norma est omn um dogmatum, etc. | *mg* De lege. 1. Prophete a lege et pae nitentia suas conciones ordiuntur. LuC3.24. Matth.3. Lex prius promutgα- la, qumeuangelum |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.21]

sen. Euangelium, id est, gratia et veritas postea per lelum Christum.

815 Tertio: postulat hocordo docendi in procuranda hominis salute necessarius. Qui namque in viam reducendus est homo, doceri ante omnia debet, vt semetipsum agnoscat atque miserrimu esse peccatorem, aeternae damnationis reum confiteatur: id quod nul la ratione commodius, que praédicatione legis perficit. Per legem agnitio peccati, ad Rom. 3. Vbi vero extreme delectus fuerit, eum rursus erigl oportet praedicatione Euangelii, vt ad Deum confugiat et misericordiam fide imploret.

820 Addi potest et haec ratio. Aetate Apostoli hostes Euangelii iudaei, quorum similes permulti hoc tempore sunt hypocritae, supra modum legem vrgebant, ex ea promittentes iustiuam coram Deo: proinde quoniam necesse erat, ante confutari aduersarios, atque omnes ex omnium animis reuelli dubitationes, quam ad reliqua fieret progressio, prude de ipsa Lege primo loco sermonem instituit. Discimus igitur et nos, quandocunq
825 summam doctrinae religionis tradere habemus in animo, propter casdem caussas initium face, re de lege: Secundo loco adiicere, quae sunt Euangelii. Totus vero est in explicando legis vsu atque fine:cuius rei duae causae reddi possunt. De vsu atque fine erant controuersie, non de aliis rebus ad legem pertinentibus. Illa autem potissimum explicari operaepretium est, de quibus dubitatur, seu de quibus oriuntur disceptationes.
830 Estnamque doctoris officium, pe tidere, vt difficiliores nodos dissoluat, et scrupulos omnes ex animis remoueat auditorum. 2. Maxime necessarium est cuiuscunque doctrinae, quae proponitur, vsum atque finem et primo et vltimo loco consi derari. Nui enim vsum probe praeuideamus, frustra in illa percipienda laborabimus. Admonemur proinde et nos hunc sequi in docendo ordinem, nempeut semper studeamus diligenter eruere et
835 explanare quae in dubio uidentur posira et de quibus controuertitur: proxime, vt omnis doctrinae verum vsum perspicuë ostendamus.

Finis praecepui est charitas.) Praeceptum siue παραγγελιεν intelligit ipsam legem, quod perspicuum fit ex verbis sequentibus, vbi vocabulum legis repetitur. Constituit pioinde Apostolus praeceptisiue legis finem esse Charitatem, quasi dicat: Si inquirat sinis
840 praecipuus ob quem tota lex lata est, et ad quem cuncta praecepta respiciunt, inueniemus es se Charitatem siue dilectionem Dei ac proximi, vsque adeō, vt qui charitatem docet, reue ra summam omnium tradat quae lege continentur, et credentibus sunt ex lege cognitu necessaria. Sic autem et Christus ipse definiuir Marci12. et Matth.22. vbi ast, in dilectione Dei et proximi legem vniuersam et prophetas contineri: Eandemqueob causam
845 ad Rom.13. Nemini quicquam debeatis, inquit, nisivt inuicem diligatis: Er subiicit: » Consummatio, πλήρωσα, legis est Dilectio. Ac certum est, si quis per singula legis praecepta cat, cuius rei formam ibidem ostendit Apostolus, expenetur omnia proprie aut ad gloriam Dei illustrandam, aut ad proximi aedificationem tendere. Ergo paucis hisce verbis Apostolus praecidit omnes superuacaneas quaestiones siue disputationes,
850 quae per aduersarios de distributionibus aut diuersis finibus praeceptorum legis moueri

poterant. Ac docet simpliciter, homini Christiano non esse plura de lege cognoscenda vel imponenda, quam quae ad officia Charitatis in Deum et proximum conducunt. Et quicumque hac definitione Apostoli contenti fuerint, ii se multis molestis ac perplexis quaestionibus sentient esse liberatos. Quinetiam ex hoc similibusque locis manifestum fit, 855 Apostolum, quoties de lege disserit, non de ceremoniis, vt quidam callide interpretantur: Sed de moralibus praeceptis, hoc est, de ipsa medulla atque ossibus legis sermonem facere.

Ex puro corde, et conscientia bona:) Grauius occupatione haec adiiciuntur. Aduer sarii calumniabantur perquam exiguum esse, quod Apostolus diceret, finem praecepti 860 esse Charitatem. Neque enim hanc metiri pro sua dignitate omnes poterant. Atqui Apostolus docet, se, cum de Charitate loquitur, rem intelligere multo per se amplissimam, atque legi id tribuere, quod dignitatem ipsius mirifice illustrat. Requirit igitur Apostolus Charitatem, non quidem hominum falsa opinione rem humilem vel abiectam, sed ualde excellentem ac Deo in primis gratam Primo namque uult Charitatem quae proficitur ex puro 865 corde. Cor primo loco Descepta excipit atque apprehedit, et put istud se habet ac purum est uelimpur;

mg icben.i | *mg* 3. Ordo do? ετηηα ads tutem expe diens. Ex lege ho mo ad pecca ti agnitiont ducitur. | *mg* 4 ludaeix lege Mosai ca ustunan aestimant. | *mg* Causaecur Apostolus tam multus si in legis usu explicando. | *mg* 1. Causa, re controuerse prmoloco explicanda. | *mg* 2. Caula, fi nis et usu uniuscuiusque doctrinae | *mg* semper con siderandus. Finis legis charitas. | *mg* Occupatio. | *mg* Vera Charitas qualis el se debeat. 2Corpuris. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

ita ab eo postea exeunt cogitationes et actiones bonae aut malae, quemadmodum Christus docet Matth.15. Sed enim purum ac mundum cor non efficitur, nisi ipso Deo autore: Psal.51. Act.15. Ex tali igitur corde debent actiones, quae secundum legem fiunt et 870 charitati adscribuntur, prodire: quemadmodum ipse quoque Deus legislator exigit, dicens: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua. Ad - quae uerba Apostolum respexisse et alluisse non est dubium Ergo hac particula exclusit Apostolus, primùm omnem impuritatem et malitiam, qua corda omnium non renatorum semper sunt inquinata: Dehinc reiicit omnem hypocriticam diligentiam, qua nonnulli exterius 875 quidem videri uolunt legis studiosi, interius uero plurimum a lege et uera charitate absunt: dum nimirum alii tantum seruili metu poenarum opera legis factunt, ut ludaeorum pars maxima assiduis comminationibus et infinitis suorum malis territa: alii inanis gloriae causa, vt Scribae et Pharisei, Matth.6. alii denique alios in fines intenti sunt. Huiusmodi autem externam charitatem siue iustitiam legalem Euan gelium non agnoscit, ueluti ad 880 legem proprie pertinentem: sed exigit charitatem manantem ex puro corde. Atque haec demum legi respondebit.

Secundo uult Apostolus charitatem profluentem ex conscientia bona. De his, que cor paulo ante apprehenderat, conscientiae est exercere iudicium. Nihil enim aliud est conscientia quam cognitio πρεκτιη, qua cogitationes atque actiones nostrae exami 885 nantur, et mirabiliter modo accusantur, modon defenduntur, testante Apostolo ad Rom

[p.22]

2. Gentes, inquit, legem non habentes, sibi ipsis sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, simul attestante illorum conscientia, et cogitationibus inter se accusantibus aut etiam excusantibus. Itaque conscientia cuncta siue facta, siue facienda, accurate expendit, et ratiocinando disquirit, quid recte aut secus factum sit, aut fieri queat. Attamen non omnes eodem modo rationes probabiles ac certas colligunt, quarum ductu sudicium rectum ferunt. Haerent quidem in hominum animis impressae quaedam notitiae, quas tanquam regulas et leges inuiolabiles conscientia sequi deberet, estque haec animi facultas conseruans et semper suggerens eiusmodi notitias συντήρησις, a verbo συντηρέω, id est, conseruo, appellata: sed prout affectus prauī saepenumero dominantur: Ita conscientia debilitatur ac perturbatur, quo minus ad regulas illas respiciat: Imon obrudunt vitiosi affectus alias regulas obliquas ac distortas, per quas conscientia decipitur, vt male iudicet. Eorum proinde, qui ita faciunt, conscientia voluntate mala et corrupta est. Ad Titum 1. Pollutis et infidelibus nihil est purum, sed polluta est illorum et mens et conscientia. 1 ad Timoth 4. Spiritus certo loquitur, quod in posterioribus temporibus deficient quidam a fide, attendentes spiritibus impostoribus ac doctrinis daemoniorum: per hypocrisin falsiloquorum, quibus cauterio resecta est conscientia, prohibentium contrahere matrimonium, et c. iubentium abstinere a cibis. Vbi exempla proponit Apostolus conscientiae negligentis regulam in verbo Dei propositam, et sequentis peruersas suggestiones corruptorum affectuum. Ex his autem per contrarium intelligemus, conscientiam bonam, quae non discedit ab illis notitiis naturalibus, sed veritati constanter insistit, maxime autem gaudet amplecti regulam verbi Dei, quam imprimis vtilissimum est sequi, aduersus omne periculum dubitationis, erroris siue lapsus. Estquemaxime proprium bonae conscientiae, ad primam veritatem, hoc est, ad Deum ipsum, semper referte omnia. Ex quo factum, vt qui conscientiam suam testem adhibet, Deum ipsum testem ac iudicem inuocare intelligatur. Ad Rom. 9. Veritatem dico in Christo, non mentior, attestante simul mihi conscientia mea per Spiritum Sanctum, quod dolor mihi sit magnus. Vbi conscientiam suam sistit testem, verum a spiritu sancto institutam et gubernatam, ne videlicet conscientiae ipsius tanquam erranti aut deprauatae minustribuendum existiment. Et 2. ad Corint. 1. Gloriatio nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae, quae cum simplicitate et cum synceritate Dei, non sapientia carnali, sed per gratiam Dei conuersati fuerimus in mundo potissimum autem apud uos. In quam sententiam nonnulla dicuntur ad finem capituli secundi eiusdem epistolae. Et Actorum 23. 24. 1. Petri 3. Eatenus ergo conscientia bona est, quatenus ad veritatem et Deum ipsum se conuertit. Quamobrem vbi Apostolus opera charitatis uult exerceri conscientia bona, omnem excludit ignorantiam, dubitationem,

mg 1. Conscientia bona. Conscientiquas | *mg* Conscientia testis et iudex. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

errorem, corruptelam, malitiam, et quicquid veritati ac synceritati aduersatur. Sunt sine gula charitatis officia tanquam in ipsius Dei conspectu facienda: alias non est quod cogitemus, Deo inspicienti corda, ac iudici conscientiarum accepta fore. Conscientia aduertens se a linea veritatis deflectere, seipsam coram tribunali Dei accusat iugulatque.

[p.23]

925 Et fide non simulata.) Tertio, requirit etiam Apostolus fidem non simulatam: neces-
 sationem hanc particulam addidit: Nam etiamsi conscientia nixa non solum naturalibus no-
 titiis, verum etiam verbo Dei optime iudicet: tamen sine fide ac Dei gratia non datur id
 vere bonas actiones progredi. Fides namque, sine qua impossibile est placere Deo, et
 qua accipitur Spiritus Sanctus, sola charitatis vberes fructus producit, vsque adeo, vt
 930 frustra cor apprehendat ac proponat bona, frustra item diiudicet probetque conscientia,
 nisi accedat fides, quae bene coepta sunt optime absoluens. Atque hinc fit, quod fides
 et non scientia in Scripturis aliquoties coniungantur, vt paulo post hoc ipso capite,
 Hoc praeceptum commendo tibi, fili Timothee nempe vt secundum praegressas de te
 prophetias, milites per eas bonam militiam: retinens fidem et bonam conscientiam,
 935 qua repulsa, nonnulli fidei naufragium fecerunt. Ad Rom. 14. Beatus qui non iudicat
 seipsum in eo, quod probat: " Qui vero ambigit, si ederit, condemnatus est, quoniam
 non edit ex fide: quicquid vero ex fide non est, peccatum est. Exigit autem Apostolus
 fidem non simulatam. Est sane fides quaedam plerisque natans in ore, et ab hypocritis
 multum iactata: sed qualem etiam in daemonibus, vt ait Iacobus 2. capite, liceat reperire,
 940 quae certe nihil vitale in se habet. Huiusmodi autem fides pro ducet fortasse aliqua
 opera in speciem bona. Constat namque, quantas res Pharisei et multi etiam, gentiles
 facere consueuerint, et adhuc faciant. Attamen non profert opera vere bona, siue opera
 eius Charitatis quam Apostolus dicit esse legis finem. A fide, quae Charitati seruit, et
 per dilectionem operatur, abesse simulatio et hypocrisis omnis debet, nec potest bonis
 945 operibus vacua consistere. Itaque Apostolus tria haec, cor, inquam, conscientiam, et
 fidem, mirabili prudentia coniunxit, atque optimo inter se ordine collocavit, et con-
 gruenter epitheta singulis attexit. Cor primo excipit Dei praeceptum de agendis vel
 non agendis. Conscientia adiuta verbo Dei probat ac definit. Fides quoniam accipit
 Spiritum Sanctum, producit efficaces actiones. Cor se habet velut persona causam de-
 950 ferre ad superiorem volens. Conscientia est tanquam iudex examinans, cognoscens, et
 ferens sententiam, non modo ex notitiis naturalibus, verum etiam ex verbo Dei, veluti ex
 scriptis legibus. Fides postremo exequitur, per quam nisi fieret executio, abs re et cor,
 et conscientia laborarent. Atque ita quasi per gradus quosdam ad ea fit progressus, per
 quae absoluuntur verae charitatis officia. Vnde et incrementi rhetorici ratio quaedam
 955 notari in hac enumeratione et collocatione potest. Ex his autem omnibus liquet, quae
 nam sit causa formalis charitatis, et quod non tam exiguae sit vera et perfecta charitas,
 atque nonnulli suspicantur. De fide et Charitate multi uerbose disserunt, et audacter
 tantas sibi uirtutes vendicant, cum interim rebus ipsis absint longissime. Maxima sane
 res sunt, fides, qualis describitur fuisse in Abrahamo ad Rom 4: et Charitas, de qua
 960 hic loquitur Apostolus, proficiscens uidei. ceterum ex corde puro: et conscientia bona, et
 fide non simulata: nec potest huiusmodi nisi in his, qui iam sunt iustificati, et Spiritu
 Dei praediti, inueniri: qua de re paulo post. Cum porro tanta res sit uera Charitas,
 manifestum hinc fit, quod Apostolus legem uehementer commendat, ac multo amplius
 illi tribuat dignitatem, quae qui alios fines legis comminiscerentur.

*A quibus quod quidam aberrarunt, deflexerunt ad vaniloquium, volentes esse legum
 doctores, non intelligentes quae loquuntur, neque de quibus asseuerant.*

965 Postquam breuissime et tamen plenissime exposuit uerum usum legis, prout lex seruit
 iustificatis, eos speciatim perstringit, qui hac in parte non recte docuerunt. Estque haec

reprehensio ideo adiecta et satis acris instituta, partim ut sententiam de legis usu expositam omnes amplectantur ac retineant: partim, ut a falsis doctoribus sibi caueant, quos uident foede aberrasse, atque ita in pericula non leuia coniectos. Ruina aliorum ante
 970 oculos posita cautiore omnes debet reddere. Itaque haec reprehensio tacitam continet admonitionem piorum auditorum, ductam a periculoso. Siquidem iubet falsam doctrinam uitare, ne ndiserimina uaria incidant. Cumprimis elegans est, quod dicit quaedam a fineleg

mg a. Fides nos simmalat | *mg* Hebr. n | *mg* Fides hypo critarum que Daemonum neat. | *mg* Charitatis uerae uirtutis. | *mg* Admonitio ducta a periculoso. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

fam exposito aberrasse, licet sagittantes, qui aberrant a scopo siue albo. Nam $\zeta\omicron\chi\acute{\epsilon}\nu$ est
 975 a scopo aberrare, quod qui apud sagittandi peritos, praesertim in ludis publicis facit, ab omnibus irridetur et ignominia quodammodo afficitur. Conuenit autem reprehensionem hanc in duo distinguere membra: quorum altero denotatur, quomodo in materia et re ipsa doctrinae aduersarii sint lapsi: altero vero perstringuntur personae, earum demque vitia, atque eadem opera tum causa quaedam erroris, tum etiam poena, qua iusto Des iudicio
 980 tales afuiciuntur, breuissime attingitur. Lapsi sunt in materia et re ipsa doctrae de lege: quoniam, ubi debuissent inculcare hanc esse a Deo, ut disceremus ex ipsa officia charitatis in Deum et proximum, et sciremus haec ex puro corde, et conscientia bona et fide non simulata exercenda: ausi sunt longe diuersa tradere, nempe legem esse daiam, ut per eam consequeremur iustitiam coram Deo: qua in re Christo magnam
 985 inferunt iniuriam, dum iustificationis, sanctificationis, ac redemptionis nostrae ius illi adimunt. I. ad Corinth. 1. ac legi falso idem tribuunt. Deinde legis impletionem statuerunt consistere in qualicumque externorum operum obseruatione, etiamsi neque ad charitatem opera illa dirigerentur, neque ex puro corde, conscientia bona, et fide non simulata prouenirent: quae a et Nazaraeis et Pharisaeis inculcata fuisse constat. Qui igitur
 990 adeo turpiter a veritate aberrauerunt, non recte dicentur ad vaniloquium deflexisse, eosque uitandos suadebimus? Admonemur proinde, ut supra quoque diximus, diligenter expendere, in quacumque doctrina proposita, ipsam materiam siue rem, ac videre, quid et quousque synceriter explanatur. Porro ubi perstringit, statim causam quandam lapsus monstrat, dicens: velle eos esse legis doctores. Ambitio siue fastus, et coniuncta his
 995 malitia, malorum omnium causa sunt in ecclesiis, atque hi ante alios ruunt in errores, qui eiusmodi vitiis laborant. Significanter autem ait, velle esse doctores legis, subindicans nimirum, non per ignorantiam esse lapsos: quo nomine excusari vrcunque possent: sed scientes volentesque, aut temere erupisse ad munus docendi, ad quod non erant idonei, aut, si id non fuerunt, studio tamen corrupisse doctrinam, et voluisse alius rationibus,
 1000 quam decebat, legem commendare: Vtrumque vero iuxta culpandum. Caeterum poena ambitionis et malitiae subiicitur, cum asserit Apostolus, eos ita esse excaecatos, ut, quibus de rebus, et quid asseuerent, ipsi non intelligant. Etenim tradit Deus impios doctores, praesertim qui non ignorantia, sed per malitiam peccant, in sensum reprobum, ut amentia eorum tandem nota fiat omnibus hominibus: ad Rom. i. 1. ad Corinth. 2.3. et

[p.24]

1005 2.ad Timoth.3. Ex his autem omnes discimus, religiose et cum timore considerandum esse admirabile iudicium Dei, quod in iis puniendis exercet: qui agnitam veritatem aut callide corrumpunt, aut aperte abnegant. Quicumque scientes volentesque a sana aberrant doctrina, hos necesse est vanilo quiis esse intentos, excaecari ac tandem pudeferi. Exempla non tantum aetas Mosis in Ianne et Iambre, vel aetas Pauli Apostoli, in iis de
 1010 quibus mentionem facit in his epistolis: uerum etiam nostra haec aetas permulta uisenda exhibet. Prae caeteris uero admonetur eruditi, et qui uel in Scholis, uel in ecclesiis uersantur in docendi munere, ut uerita ti semel agnitae constanter adhaereant, quoque id possint, Patrem coelestem sine intermissione orent. Interest uero et ecclesiarum, dum pastores siue doctores eligunt, et Episcoporum, dum ad ecclesias id postulantem mittunt
 1015 aliquos: sapienter prouidere, quales promoueat: maximopere cauendum, ne inflati ac tumidi praeficiantur, utpote qui tam doctrina, que actionibus offendicula praebere soleant. Doctrina quidem, quia plus eruditionis sibi uendicant, quam reuera habent: Vnde fit, ut asseuerare audeant, quae ipsi non intellegunt. Actionibus uero, quia, dum caeteris praestantiores haberi ambiunt, mox alios con temnunt, in eosdem affectant imperium,
 1020 et quo istud assequantur, tragoedias mouere nihi uerentur. Nulla pestis exitium adfert ecclesiis maius, que si hae committuntur hominibus ar rogantibus qui se peritiores putant, q sunt: aut, si docti sint, ad ostentationem tamen, ad quaestum, ad corruptelam ueritatis, intellectu, ingenio, et adiunctis donis abutuntur. Hucusque autem tradit usum legis Apostolus, quatenus ipsa seruit iustificatis: sicut mox subiicit usum eius ut seruit non
 1025 iustificatis. Etenim quemadmodum uniuersum genus humanum recte diuiditur in duo genera, nempe pios siue iustificatos, et impios siue non iustificatos: Ita duplicem quoque usum siue sine legis A postolus explanat Priore, ut quidem iusti sunt, discant ex ea, que

mg ερωδε | *mg* vplae pa atum bypo ritaram sicistniert ran. | *mg* maiiaee | *mg* Duplexof. fendiculum impiorum doctorum. L In doctrina. R In adionibus. | *mg* Duo genera hominum. Duplexusus lei. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

sint officia verae charitatis: Alter, ut impii et qui non sunt iusti, per eam adducantur ad agnitionem peccatorum suorum, atque inde ad poenitentiam. Ad Rom.3. Est autem prior
 1030 vsus fideliter explicandus in ecclesia, duabus maximem de causis: Primò, ut certo omni tempore sciant pii, quae nam Dei sit voluntas, et quae opera illi placeant vel displiceant. Quamuis enim hispiritum Dei habeant, tamen, quoniam, quamdiu hic uiuunt, carne sunt circumdati, atque haec cupit eos ab agnitione ueritatis abducere: ideo conuenit proposita lege Dei scripta ipsos in agnitione Dei confirmari. Huc pertinent plura de vsulegis hancin partem exposita psalmo 119. Lex Domini, inquit, fidele testimonium, praestans
 1035 sapienciam: Et, Lucerna pedi meo uerbum suum, et lumen semitis meis. Secundo, ut excitentur pii ad officia charitatis praestanda, scientes, seruum, qui scit uoluntatem Domini, non autem facit, dignum esse plagis multis. Atque hanc causam notat Apostolus, cum de lege uerba facere uolens praecceptum eam uocat. Si Deus praecipit charitatem,
 1040 necesse est obtemperemus. Egent ergo, qui iustificati sunt, doctrina legis, atque ex hac discunt officia Charitatis. Quocirca Apostolus quoque in caeteris epistolis, postquam demonstrat, homines iustificari fide absque legis operibus, semper subiicit ac docet

[p.25]

legis obseruantiam, obedientiam, ac bona opera dilectionis nihilominus a iustificatis
 1045 requiri. Ad Rom. 13. Nemini quicquam debeatis, nisi hoc, vt inuicem diligatis: nam
 qui diligit alterum, legem expleuit: Siquidem illud, Non moechaberis, non occides,
 non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, et si quod aliud est
 mandatum. In hoc sermone summatim comprehendit, Diliges proximum tuum sicut
 teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Consummatio igitur legis est dilectio.
 Ad Galat.3. In Christo Iesu neque circumeisio quicquam, neque praepitium, sed fides per
 1050 dilectionem operatur. Et paulo p̄st: Per dilectionem seruite inuicem. Nam tota lex in
 uno verbo completur, nempe hoc, Diliges proximum tuum vt teipsum. Ad eundem igitur
 modum et praesenti loco Apostolus vsum legis explanat, vt videlicet iustificatis ea seruit,
 qui ex ipsa discere debent, quae nam sint ompera Charitatis, et quae Deo placeant, et
 quae displiceant.

Scimus autem, quod bona sit lex si quis ea legitime utatur.

1055 Generalis sententia, in medio sermonis, de duplici vsu legis interposita: qua tum con-
 firmat, quae de vsu legis exposuit et adhuc expositurus est: tum confutat ac reiicit
 aduersarios, qui asserebant diuersum. Notae vero sunt ac receptae in Dialecticis, atque
 disci plinis aliis regula: Cuius sinis bonus est, id ipsum quoque bonum est. Rursus. Cuius
 finis siue vsus malus est, id ipsum quoque malum est. Item: Si quis abusum ponat, pro
 1060 vsu non recte ratiocinatur. Itaque hinc colligit Apostolus, se recte docere de lege ac
 dignitate, quam debet legi tribuere. Quandoquidem ostendit verum vsum legis, quando
 dixit, finem praecepti esse charitatem: et mox addit: legem non esse iustis, sed iniustis
 positam. Ratiocinamur igitur, legem esse bonam per se, sed quatenus quis respicit ad
 legitimos eius fines. Atque hoc modo velut praeoccupatione quadam simul obturat os
 1065 aduersariis, qui clamitabant, Paulum contra legem quaedam spargere, et imminuere eius
 dignitatem, maxime, qui non doceret cum ipsis, legem esse datam, vt per eam homines
 iusti carentur. Sed respondet Apostolus, se scire ac libenter confiteri, quod lex bona sit,
 (qua de re etiam ad Rom.7.) verum hoc cum primis requiri, ut quis ea legitime utatur.
 Proinde contrario significat, nullo modo audiendos esse aduersarios, qui legitimum
 1070 legis usum atque finem non docebant, sed inculcabant potius diuersa. Argumento est,
 quod coniugatis utitur, dicens, legem esse bonam, si quis ea legitime utatur. Vox legitime,
 ut a uoce legis deriuatur, ita admirabili proprietate uerum usum legis, et quaecunque
 de Lege sunt scitu obseruatuque necessaria, suggerit. Legitime enim perinde est ac si
 1075 dicas, iuxta mentem legislatoris, secundum spiritum ipsius legislatoris et per omnia,
 sicut oportet. Prudentissime ergo Apostolus hanc generalem sententiam interponit, qua
 omnes, qui de lege uolunt disputare, ad considerandum uerum usum legis, quibuscunque
 aliis rebus praetermissis, reuocat. Iubemur uerum et nos non tantum, cum legem, uerum
 etiam quoscunque alios locos doctrinae religionis enarrandos suscipimus, accurate pro

mg Laeque nus seruit piis ac fide libus. 1. Ex lege Det disciti uoluntas. | *mg* 2. Per leg pii excitatur ad
 open charitatis. | *mg* Regule De lechicorum. | *mg* Aconuz uii. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

[p.26]

uidere, ut uerum usum explanemus, et tunc modis omnibus urgeamus: necessum est
 1080 hanc obseruari regulam in recta docendi methodo. Neque probabile est, ex illorum
 sermonibus magnum posse prouenire fructum, qui subtilibus, uel superuacaneis occu-
 pantur quaestionibus, uerum autem usum proferre negligunt, aut obiter tantum frigideque
 attingunt.

Sciens illud, quod iusto non sit lex posita, etc.

Secundus usus legis, ut nimirum seruit iniustis et impiis, quos oportet lege adduci ac
 1085 agnitionem peccatorum et poenitentiam. Quo autem dilucidius hunc usum explanet
 adhibet antithesin: dicit esse legem positam non iustis, sed iniustis. Tameisi uero
 praecedentibus uerbis diximus, legis usum esse demonstratum, prout seruit iustificatis:
 ue ra tamen adhuc est Apostoli sententia, quod iusto lex non sit posita. Primo, si propte
 eos, qui superbe et odiosem perpetuo urgebant legem scriptam eaq cupiebant grauar.
 1090 uniuersos homines: intelligamus legi oppositum esse praeceptum Charitatis: quande
 supra admonuimus, Apostolum dara opera uocabulum legis refugisse, atque usurpasse
 uocem praecepti:tunc perspicua est sententia, Legem quidem non esse iusto positam
 attamen praescriptum illi praeceptum de Charitate, quod legis locum obtinet ac plant
 sufficit. Apostolus ad Rom.2.ait, gentil.bus non esse datam legem illam scriptam in ta
 1095 bulis, habere tamen eos legem scriptam in cordibus pernaturam. Quanto igitur minus
 lege illa scripta in tabulis eget homo iustus, qui habet praestantiorem legem in corde
 eam lemque descriptam per Spiritum Sanctum, a quo plene docetur, ad bene agendum
 impellitur, et sapientissime regitur. Itaque iustus ad legem illam scriptam in tabulis
 minime respicit, sed intentus est in eius legis finem principalem et spiritualem effectum,
 1100 nempe Charitatem, quam, qui praeditus est Spiritu sancto corda purificante, (Act.15.)
 sponte et alacriter praestat ex puro corde, et conscientia bona, et fide non simulata.
 Atque hinc fit, quod Apostolus ad Roman.8. et ad Galat.5. et alibi, crebro iustificatos
 hortatur, ut spi ritu ambulent, opera et fructus Spiritus proferant, haud dubie Spiritus
 suggestionem prae mandatis legis commendans.

1105 Secundo, lex non est posita iusto, quia datanon est, ut iustificet, et uiuificet: ad Rom3
 ad Galat.3. Sed potius, ut tanquam paedagogus ad Christum deducat, a quo per fidem
 iustiti? consequimur, quique factus est nobis iustitia, sanctificatio, et redemptio a Deo.
 Itaque qui iam est fide in Christum iustificatus, nequaquam intelligit adminiculo legis
 denuo iustificari. Neque em̄ bona opera iustorum causa sunt efficiens iustificationis
 1110 perficiendae, sed tantum effecta atque signa iustificationis iam perfectae. Huc pertinet
 quod Augustinus ait liber de spiritu et litera cap.1o. Quomodo, inquit, iusto lex non est
 posita, Si et iusto est necessa ria, non qua iniustus ad iustificantem gratiam adducatur,
 sed qua legitime iustus utatur.

Tertio, iusto non est lex posita: quia a seruitute ac iugo legis est per Christum
 1115 liberatus, neque ea sus aut potestatem habet, ut ipsum occidat amplius uel condemnet:
 ad. Rom z.8.ad Galat.5. Et hoc pacto esse a lege liberatum ampliss imum est beneficium,
 quoc Christus, qui solus legem exacte impleuit, attulit. Sed iis tantum communicatur
 qu in Christum uere credunt. Solus Christus efficit, ut occidi et condemnari a lege nor
 possint, qui ipsi sunt insiti.

1120 Quarto, addi potest et haec ratio: Iusto non est lex posita: quia Ceremonialia et
iudicialia praecepta legis sunt abrogata. Conueniebant haec namque uni tantum populo,
suam habenti ad tempus ecelesiam et rempublicam. Caeterum ante tempus legis per
Mosen promulgatae innumerabiles ubique uixerunt pii, qui ceremonias illas et iudicialia
1125 plane ignorarunt: Quamobrem neque ab aduentu Christi pii illis obstringuntur. De
abrogatione ceremoniarum Actor. 15. et copiose in Epistola ad Hebraeos. Reliqua igitur
sunt sola moralia praecepta, quibus pii utique et semper recte utuntur, dum ex iis officia
charitatis perdiscunt. Et sic iusto lex non est posita, tota uideli, cet, sed tantum elus pars.
Verum praecedentes rationes plus habent ponderis: quando neque ab iniustis, de quibus
1130 manifestum sit, recte dictum, quod prior usus legis, de quo ante uerba fecimus, diuos
proprie pertineat, et dende uertim hinc domae.

mg 2. Usus legis quo ad impios et iniustos. Iusto lex non est posita, quomodo accipiendum. 1. Homocrenatus
Spiritus regitur. | *mg* 2. Lex peccatorum ad Christum. 1. Corinthus 1. Bona opera in iustificatis sunt effecta
iustificationis, non causa efficiens iustitiae. 3. Alugo Lex liberati sumus per. Corinthus. | *mg* 4. Lex quatenus
abrogata, secundum ceremonias uidelitet et iudicialia. | *mg* Synecdotie. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.27]

elie, quod iusto non sit lex posita. Caeterum propemodum ex illis ipsis rationibus proclive
erit colligere per contrarium, quomodo lex sit posita iniustis et peccatoribus. Primo, lex
illa scripta praecipueque moralis, quam diximus etiam iustis utilem esse et perneces-
1135 sariam, posita est iniustis, ut nimirum ex ea tanquam fida magistra discant generatim,
quid bene uel male fiat: speciatim uero, ut assuescant propria agnoscere peccata. Est
sane lex naturalis semel inscripta omnium cordibus: Sed quoniam haec multis modis
obscuratur, maxime in impiis, quamuis non tota penitus extinguitur: prodest hominem
intueri legem tanquam speculum, atque ex ea percipere, quae peccata aduersus Deum et
1140 proximum designant.

Secundo, lex posita est iniusto, ut sciens se contra legem peccare, conuincatur, quod
propter peccata grauissimas poenas, tam in hac, quam in futura uita sit promeritus,
ideoque aeterna damnatione dignus. Etenim lex in transgressores poenas horrendas
ssatuit. De hoc usulegis ad Roman. 7. Peccatum occasione accepta per praeceptum
1145 deceptum et per illud occidit. Tertio, posita est lex iniusto, eum uidet se per legem non
liberari a malis, non item iustificari, sed potius opprimi, occidi, condemnari, sollicitus
fit de impetranda peccatorum remissione et iustitia aliunde acquirenda. lubet igitur lex,
postquam hominem extremo deiecit, confugere ad Christum, in hunc fidem coniacere, et
propter hunc solum misericordiam expectare. Ad Galath 3. Si lata fuisset lex quae posset
1150 uiuificare, uerem ex lege esset iustitia: Sed conclusit scriptura omnia sub peccatum, ut
promissio ex fide lesu Christi daretur credentibus. Et paulo post, lex paedagogus noster
fuit ad Christum, ut ex fide iustificaremur,

Summa autem harum rationum haec est: Lex posita est iniustis, ut per eam adducan-
tur ad ueram perfectamque poenitentiam, atque ita salutem consequantur. Constat aenim
1155 poenitentiae, quae modo salutaris esse queat, duas esse partes, contritionem et fidem.

Contritione prosternimur et morimur peccatis: fide rursus erigimur ad accipiendam remissionem peccatorum et nouam uitam instituendam. Exprimuntur autem hae partes crebro in scripturis. Matth.3.Iohannes Baptista, agite poenitentiam uitae prioris, in propinquo est enim regnum coelorum. Christus Marci. I. Impletum est tempus, instatque regnum Dei, respiscite et credite Euangelio. Saepe item Apostolus duas istas partes nominibus mortificationis et uiuificationis coniungit: ad Roman. 6.ad Coloss. 2. Quando igitur lex homini impio ostendit sua peccata, atq arguit esse reum mortis ac damnationis aeternae, quemadmodum duabus prioris rationibus dictum est: plane permouet eum, ut ex animo doleat, conteratur, ac mortificetur. Quando uero ulterius ducit ad Christum, ut dictum est ratione tertia, fidem in eo exuscitat, ac iubet misericordiam propter Christum apprehendere. Atque hoc demum facto uera poenitentia absoluitur: frustra peccator aliquis conteritur et mortificatur, nisi insuper ei detur fide erigi et uiuificari. Tantus autem cum sit legis effectus in impiis, merito lex magnifit, ac summo studio omnibus impiis frequenter proponitur. Quando autem ad hunc modum Apostolus duplicem legis usum tradit: alterum, quatenus lex seruit iustificatis, hosquedocet et excitat ad praestandam charitatem: Alterum, ut seruit iniustis, quos adducit ad poenitentiam: abunde exponit quae de usu legis sunt cognitu necessaria. Aduersarii plura uolebant commonstrare, sed abs re, neque in tradendo legitimo usu persistebant. Constituunt nonnulli et hoc tempore triplicem legis usum: Primum quidem, quo pii homines et iniusti mouentur ad poenitentiam. Secundum uero, quo pii seu iusti instituuntur in officiis charitatis. Tertium denique quo qui nulla tanguntur iustitiae aut honestatis cura, coercentur aliquo modo a flagitiis, uocantque hunc usum po liticum. Atqui si bene consideramus, non est operae pretium ita partiri. Primo, hunc ier tium usum a primo disiungi, nulla cogit necessitas, quando utrunque satis amplecti uidetur, qui simpliciter dicit, iniustus legem esse positam. Secundo, quod non uideamus ta libus impiis, qui nulla tanguntur honestatis cura, redigendis in ordinem, magis seruire praecepta iudicialia q poenas ciuiles flagitiosis irrogant, atque ita nefarios conatus reprimunt quam generalem illam legem moralem Decalogo comprehensam. Tertio: lmo ueron palam im pii atque in malo obdurau, nulleus prorsus legis teuerentia aut metu a scelenb, deteretur.

mg 1. Ratio 9 lexisit pesit iniustus. | *mg* Lex morali utilis est in iustus. | *mg* Lex specult uoluntatis di uine et pec catorum ne strorum. | *mg* 2. Ruiole conuincitur peccati. | *mg* 2. Ratio. Ie deducit pee catorem profigatum ad Christan. | *mg* Pates pan tentiae Contritio c Fides. | *mg* Lae ufa est et iustificats, et initsis. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

1185 Quarto addi potest, quod cum satis sit partiri omnes homines in duo genera, piorum inquam, et impiorum, satis quoque erit duplicem legis vsum pro hominum duobus generibus constituere, ut intelligatur lex vniuersis sine exceptione hominibus profutura, si modo ea legitime vtantur. Quinto, sunt omnia officia omnesque fructus legis in his tribus posita, videlicet, poenitentia, fide, et Charitate, neque vltra haec exigi quicquam ab vllis hominibus slue impiis siue piis potest. Haec autem ipsa duplici vsu, quem Apostolus tradidit, explicantur. Ergo manifestum fit, Apostoli partitionem de duplici vsu legis sufficere, nec vllam esse necessitatem, quae aliter partiri nos cogat.

[p.28]

Iniustis et ot sequentibus.) Enumeratio diuersorum hominum contra legem peccantium, propter quos lex lata intelligitur, vtpote qui si recte vterentur lege, fructum nor
 1195 madiocrem referre ex ea possent. Collocat autem primo loco duas voces generales, in iustos videlicet et inobsequentes, quibus statim pestringitur propria hominum malitia et corrupta voluntas, qua ausi sunt legem contemnere, nec patiuntur, se per eam in ordinem redigi. Siquidem lex causam peccati nequaquam praebet, sed ipsorum hominum ingenita iniusticia et praua voluntas legi Dei subdinolens: ad Rom.7. et8. Quod si audire legem
 1200 tandem vellent, et commouerentur per eam de vitandis peccatis, et ad bene agendum excitarentur. Elegans est ντανάκλασις, νόμω κ ταί νόμοις, quas dicat. lex posita est exlegibus.

Impiis et peccatoribus.) Distributio, cuius priori membro redarguuntur, qui in primam Decalogi tabulam peccant, quae mandat syncerum Dei cultum, hoc est, veram
 1205 in Deum pieratem. Posterius membrum eos respicit, qui peccant in secundam tabulam, et crassioribus sunt vitiis inquinati.

Irreuerentibus et prorsanis.) Explicatio duorum membrorum proxime positorum per subiectas species. Primum igitur recenset, quos intelligat impios, irreuerentes nimirum et profanos, qui metu Dei prorsus sunt vacui nulloqueducuntur religionis studio.

Parricidis et matricidis.) Iam, quos intelligat peccatores ac reos transgressionis secundae tabulae. Eo autem ordine hic enumerat diuersa hominum peccantium genera, quo
 1210 conspiciuntur praecepta secundae tabulae collocata. Nominat patricidas et matricidas, propter illos omnes in genere, qui peccant contra quintum praeceptum decalogi, quod in secunda tabula primum est, nempe, Honora patrem et matrem. Nominat homicidas, qui peccant aduersus sextum praeceptum, Non occides. Dehinc scortatores et masculorum concubitores, qui peccant in septimum praeceptum, Non moechaberis. Tum plagarios, qui praecepti octauum tenentur rei, quod est, Non furtum facies. Denique mendaces et periuros, qui peccant in praeceptum nonum, quod est, de non ferendo falso testimonio. Estquehic ordo ob duas maxime causas obseruandus. Prima, ut assuescamus contra ac
 1220 multi faciunt, recte digerere Decalogi duas tabulas, et in singulis certum praeceptorum numerum atque ordinem. Secunda, quandocunque nostram ipsorum probare volumus conscientiam, et peccata coram Deo confiteri, discamus hacratione per singula Decalogi praecepta progredi, et in singulis memoria repetere, quam multa et quam horrenda peccata contra eadem admiserimus. Hac via et permouebimur ad scelerum poenitentiam atque misericordiam a Deo postulandam, et bona Dei lege legitime vtemur. Si quis alias
 1225 vult formas examinandi et probandi semetipsum praescribere, quam quae verbo Dei nobis commendantur, is uehementer errat. Tutissimum est sequi ductum praeceptorum Decalogi, quando ad ea facile est reducere, et omnis generis bona opera, quae a Deo praecipuntur, et omnis generis peccata, quae a Deo prohibentur. Contrariorum namque
 1230 eadem tenenda est haeratio.

Et si quid aliud est, quod sanae doctrinae aduersetur.) Conclusio, qua significat eodem modo iudicandum tum de reliquis praeceptis, si quae uisus est praetermittere, tum de infinitis aliis peccatis, quae aduersus singula praecepta designantur, atque enumerare est impossibile. Estqueillud notandum, quod iudicium de peccatis uult peti ex doctrina
 1235 sana. Etenim ubi doctrina sana non est, ibi rectum de bene uel male factis iudicium non est. Corrupta doctrina conperducuntur hemines, ut quae reuera peccata sunt admode

mg Peccatae praua hominis uoluntate pullulat, non ex lege Dei saicta. | *mg* νόμος νότος αριουεν. | *mg*
Exigt. Det iudicium fumitur de Jactis bomimm. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.29]

detestanda, pro peccatis non habeantur. Hinc uidemus superstitiones, idololatriam, cul-
tum imaginum, et multa eius generis ibi locum obtinere, nec reprehendi, ubi doctrina
nondum est repurgata. Propterea etiam supra diximus, quodocunque ordinanda uel re-
1240 formanda est ecclesia, initium a doctrina debere fieri. Non est spes, posse eradicari uitia
et abusus, antequam uerbum Dei pure promulgatur. Sed neque aduerlarii ipsius Apostoli,
qui legitimum usum legis non tradebant, recte poterant de uitiiis et uirtutibus pronunciare.
Exemplum sumi potest de Pharisaeis, scribis, Legisperius, quos Christus reprehendit,
quandoquidem hypocrisin suam atque impuritatem cordium non existimabant esse pec-
1245 cata, et cum de externa quadam iustitia coram hominibus essent utcunque solliciti, de
interna, quam Deus potissimum requirit, ne cogitabant quidem. Causa est, quamuis
haberent doctrinam et praedicarent, destituti tamen etoctrina sana, conuertebantur ad
uaniiloquium, ad fabulas, quibus doctrina sana opponitur.

Secundum Euangelium.) Necessaria et utili occupatione adiicitur particula de Euan-
1250 gelio. Dicendum uidebatur: si quid aliud est, quod sanae doctrinae aduersatur secundum
legem: Sed maluit Apostolus dicere, secundum Euangelium. Id autem quatuor de caus-
sis. Prima, quemadmodum supra admonuimus, familiare est Apostolo interdum data
opera uocem legis refugere, alia peraequeaut magis accommodata substituta. Secun da, ut
ostendat, quanta sit dignitas Euangelii, quando in eo etiam continetur atque abunde
1255 traditur, quicquid ad ueram pietatem et salutem tradit ipsa lex. Sic autem Christus
Matth.22. et alibi mirabili compendio summam legis et prophetarum complectitur. Quin
etiam Euangelium arguit peccata, adducit ad poenitentiam et fidem, non minus quam lex,
quod Ioannis Baptistae et Christi conciones declarant. Tertio, hac uia excludit odiosas
disputationes aduersariorum, qui primo atque ultimo loco senper urgebant legem, atque
1260 omnes ad eius obseruationem, quamuis legitimum usum non ostenderent, cupiebant
pertrahi. Quarto, satisfacit piis, qui ipsum inique traducebant. tanquam si doceret cum
lege pugnantia, essetque legis ex professo hostis. Ego, inquit, doceo Euangelium, quod
eum non sit legi contrarium, imo uero prope ostendit legitimum usum legis: ego qui-
dem eadem opera doceo, quae ad legis pertinent substantiam, nenpereprehensionem ac
1265 damnationem peccatorum, poenitentiam, fidem, officia Charitatis ex fide manantia, et si
quae praeterea ad salutem necessaria in illa proponuntur.

Gloriae beati Dei.) Notandae sunt hic plures rationes, quae dignitatem Euangelii
uehe menter amplificant. Prima est, quod doctrina sana debet aestimari ex Euangelio.
Eteuim Euangelium a Christo et Apostolis traditum regula est et amussis, ad quam
1270 examinari doctrinam omnem oportet. Quicquid pugnat cum Euangelio, pro doctrina
sana admitti nullo modo debet: ad Galat.1.Secunda: Euangelium appellatur Euangelium
gloriae Dei. Deus quidem omnia ad gloriam suam fecit et adhuc facit, sed nulla re magis
illustrata est ipsius gloria, quam ex Euangelio, hoc est, bono illo nuncio de salute humani
generis per Christum parta. Itaque et Euangelium ipsum perse plurimum gloriae habet,
1275 et Euangelio ipsius Dei gloria maximopere celebratur. De gloria ipsius Euangelii 2.ad

Corinth.3. De gloria Dei patris per Euangelii manifestationem, Christus Iohan.17. De gloria sili Iohan.1. Tertio, uocatur Euangelium gloriae beati Dei: primo, ut sciamus Euangelii autorem esse ipsum Deum, quod ipsi placuit etiam per filium suum unigenitum Mundo patefacere: Iohan.1 Hebr.. Secundo, ut agnoscamus in solo Euangelio proprie
 1280 ac plene explicari, quomodo Deus solus per se et sua natura perfecte beatus sit, solus alios quoque, quos uult, beatificet atque aeterna beatitudine donet. Tertio, ut certi simus, in eodem Euangelio nobis demonstrari modum, quo beatitudinem illam consequamur. Euangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti: ad Rom.1. Quarto, patet etiam
 1285 ex his, materiam siue subiectum Euangelii esse Deum ac beatitudinem in eodem et per eundem. Tanta proinde cum sit Euangelii dignitas, aequum sane est, ut summo in honore habeamus atque constanter amplectamur. In primis autem studebimus, omnem doctrinam per illud examinare, ac uera quidem dogmata suscipiemus, falsa uero, deinde uitia seu peccata quaecumque auersabimur. Adhaec sic incumbemus sacrosancto Euangelio, idemque praedicabimus, ut scopus noster sit, Dei

mg Matth.15.23. | mg Occupatio. 1. | mg 2l Euangelii dignitas. | mg Luc.3. Matth. 3.11. 3. 4. | mg Euangelium legi non est contrarium, docet enim legis usum. | mg 1. Doctrina sana aestimatur ex Euangelio. | mg Euangelio gloria Dei illustratur. | mg Euangelium gloriae Dei beati quomodo dicatur. | mg 2. In Euangelio discitur beatitudo Dei et hominum. | mg Modus consequendae beatitudinis in Euangelio conmonstratur. | mg 4. Subiectum Euangelii est beatus et Deus, per quem illa obtinetur. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

1290 gloriam amplificare in terris, et nostram salutem aeternamque beatitudinem quaerere in coelis. Quod si insuper dubitatio de doctrina, vel tentatio aliqua ad peccata suboritur, vel etiam ad desperandum de Dei misericordia animos nostros moueri ullo modo contigerit, ex Euangelio certitudinem doctrinae sanae, multiplicia remedia aduersus tentationes, spem gloriae beati Dei, denique omnis generis consolationes haurire nobis
 1295 licebit. Viderint porro omnes, quam grauiter illi peccent, qui tum quouis pacto impediunt Euangelii eursum, tum Deo conantur adimere gloriam, tum hominibus institutionem et consolationem in hac vita, denique et beatitudinem post hanc vitam inuidere. Qui Euangelium inglorium vel infrugiferum arbitrantur, tota errant uia, estque; omnibus contemptoribus durum contra stimulum calcitrare.

1300 Quod concreditum est mihi.) Addit de suo officio, idque tribus de causis. Prima, ut aut toritatem sibi diuendicet fidemque ipsi habeant auditores. Quem constat ad munus de cendi Euangelii diuinitus esse uocatum, par est hunc audiamus. Secunda, ut intelligam omnes, doctrinam, quam de lege eius quae uis exposuit, puram esse ac synceram. E diuinitate autem doctrinam aliorum esse uanam et fabulis nihilo praestantiores. Tertia,
 1305 ut uiam sternat ad ea quae mox subiicit. Solet namque Apostolus orationis suae partes perinde connectere, ac si ex sese inuicem fluere. Caeterum ob duas illas causas priores decet nos quoque omni ope eniti, quo non modo pro uiribus, quae nostrae conueniunt uocationi praestemus, uerum etiam aliis tam de uocatione nostra, quam de doctrina atque actionibus reddamus rationem, et satis quibuscumque hominibus faciamus.

1310 Et gratiam habeo.) Quo suam apud omnes tueatur auctoritatem, nec temere quisquam

[p.30]

credat aduersariis, varia et sinistra de ipso spargentibus, plenius exponit, quomodo sib
 concreditum sit Euangelium, ostendens a quo et quomodo uocatus fuent, quomode
 item factus idoneus, uariisque donis ornatus a Deo, ut munus iniunctum fideliter exe
 1315 queretur. Sed illud cum primis notandum, quod sic istud facit Apostolus, talemquefos
 mat orationem, ut eadem opera demonstret, quomodo legis usum duplicem a se proxi
 me descriptum plane sit in semetipso expertus. Atque hoc pacto dogmata, quae tradidit,
 valde prudenter ad $\pi\rho\alpha\beta\iota\nu$ transfert, et quomodo illorum fructum percipere queant
 conscientiae, patefacit: quod semper fieri a doctoribus maximopere est necessarium.
 Ante omnia igitur agit Deo gratias, quod dignatus sit ipsum et vocare ad sublime ministerium
 1320 Apostolatus, et donare, ut in eodem summa fide constantiaque uersaretur. Hac autem
 ratione non tam cauet, ne aduersarii calumnientur, ipsum quadam arrogantia munus
 suum inaniter iactare, quam perstringit falsos doctores, qui neque erant a Deo uocati,
 neque intelligebant, de quibus asseuerarent, quod supra dictum est. Sic autem alibi
 quoque pro sua uocatione et ministerio gratias uni Deo agit: Lad Corinth.3.2.ad Corinth
 1325 2. Eo autem iustius agit Apostolus Deo gratias. quo magis admirandum erat, eum, cuius
 uita anteacta erat impia, superstitiosa, et ab Euangelii professsone aliena, nunc pium
 esse idemque Buangelium, quod pridem hostiliter persequebatur pure, fideliter, quanuis
 cum maximis molestiis et periculis docere. Pertinent huc, quae ab eodem referuntur
 Act.22. 1.ad Corint. 15. ad Galath. 1.Siuero ad usum legis libet respicere, ideo quoque
 1330 agit Apostolus Deo gratias, quod lege recte uti, hoc est, adduci per legem ad agnitionem
 peccatorum et poenitentiam, item officia charitatis stenue exequi, nemo nisi qui speciali
 Dei gratia adiuuatur, possit. Discimus autem hoc loco, primum, debere nos diligenter
 considerare et agnoscere, quae quantaque beneficia Deus a pueritia inde in nos contulerit.
 Dehinc, quomodo res ad agnitionem Euangelii, praeterea ad certum uitae genus, in
 1335 quo queamus ipsi placere nullis nostris meritis praeuuntibus aut sequentibus, sed per
 solam misericordiam clementer uocarit. Prohis autem omnibus Deo nos semper gratias
 agere oportet, quinetiam ut in posterum quoque tempus eadem nos seruet ac prouehat,
 indesinen ter precabimur. Si ingrati suerimus, Deus a nobis dona sua iterum auferet.
 Qui me potentem reddidit.) Instituit agere gratias pro eo, quod constitutus sit a Deo
 1340 in ministerio apostolico: praemittit autem hanc rationem ductam a Simili seu ab Effe
 ctu, ex quo ipsum a Deo positam in eo munere cognosci queat. Certum argumentum
 meApostolatus est, inquit, quond Deus me potente reddiderit, et mirabilicer sitperme te

mg 1. Autoritas muneris Apostolici a Deo uocante pendet. 2 Pura doctrina delege et eius usu in Euan gelio
 cernitur. 3. 1.Petris. Vocatio Pau li diuina et coelesus. | *mg* a Simili siue ab effedu |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

Euangelii praedicatione operatus. Est autem eximia et singulars potentia ac uirtute o
 . pus his, qui non modo in munere apostolico, uerum etiam in quacunq[ue] functione
 1345 eccle siastica aliquid laude dignum et cum fructu auditorum efficient: de qua potentia
 Matth.7. Marci1. Luc.4.Act.4. 1.Corinth.1.4. Atque hanc admirabilem potentiam
 in praedicatione Apostolorum cum impii considerarent, permoti sunt ad Euangelium
 suscipiendum. Non potest autem potentia haec humana industria, arte, uel consiliis

[p.31]

1350 acquiri, sed solius Dei obtingit bonitate. Ideoque Apostolus pro ea agit gratias Deo, simulque pro certissima nota ueri Apostolatus uult haberi. Quamobrem i.ad Corinth. 2. opponit eam humanae » sapientiae et arte contextis sermonibus: Ego, inquit, non ueni ad uos cum eminentia sermonis aut sapientiae, sed cum ostensione spiritus ac potentiae. Ac debent non Apostoli modo, uerumetiam quicunque ministri Ecclesiae se psidio huius spiritualis potentiae in periculis et insidiis, quae per malos homines struunt, consolari et 1355 munire, nec unquam franganŕ animo, aut in officio agant negligentius. Mundus uerbo acministris ueibi ppetuo insultat, sed inuitis omnibus consistunt incolumes, quibus Deus spiritualem hanc addidit potentiam.

Christo Iesu.) Causa finalis potentiae diuinitus concelsae: ex qua limiliter iudiciu peti debet ad discernendum ueros Apostolos et doctores a falsis. Datur namque potentia 1360 illa, tum ut de Christo et beneficiis per eundem allatis quaerant Apostoli testimonium, tum quia ad Christi gloriam referri, tam sermones quam actiones Apostolorum uniuersae debent. Qui hoc faciunt, merito legitimi et a Deo missi ministri agnoscuntur. E contrario autem pseu doapostoli et personati doctores iudicabuntur, qui non praedicant Christum purumque eius Euangelium, sed q̄ arbitrantur accepta fore hominibus: deinde non gloriam 1365 Christi, sed suam praecipue quaerunt, priuatisque inhiant commodis: ad Rom.6.ad Galat.5.ad Philip3.

Qui side le me iudicauit ponendoin minislerium) Nunc declarat, quomodo expertus lit in semetipso usum legis, prout lex seruit iustificatis. Deus, inquit, posuit me in ministe rium Apostolatus, reddidit etiam me potentem Christo, (sunt autem haec hominis iustifi cati signa) hinc porro iudicabat et comperit me fidelem in officio. Etenim fidelis a Deo 1370 est iudicatus, quandoquidem cum Deus spiritu suo ipsum ornasset, potuit omni tempore ad legitimum finem praecepti intentus esse, et Charitatis officia, quae amplissimum suum munus decebant, ex puro corde, et conscientia bona, et fide non simulata praestare. Suntquehaec duo in uerbis Apostoli prudenter consideranda: Alterum, quod primo lo 1375 co constituit Deum operantem in cordibus, largientem Spiritum Sanctum, reddentem idoneos ad munus, cui ipsos destinauit: In eandem sententiam 2. ad Corinth. cap.1. ac 3.pluribus uerbis exponit Apostolus, quomodo Deus ministros Euangelii idoneos faciat. Alterum, quond secundo loco dicit, se a Deo iudicatum fidelem. Nimirum causa praecedere effectum necessario debet. Neque enim uocatus fuit Paulus ad Apostolatam et potens redditus, quia iam fuerat fidelis, (qui namque probari eius fides potuisset, ante quam in munere esset constitutus?) Sed ideo potius fidelis est ludicatus, quia a Do mino in ministerio erat positus et factus idoneus: Electio atque uocatio praecedat, fides sequitur. 1.ad Corinth.4. Sicnos aestimet homo, ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei. Quod superest autem, illud requiritur, in dispensatoribus, ut fidus, fidelis sit in 1385 suo ministerio, non ferri acceptum legi, sed ipsi Deo et Spiritui a Deg accepto: lege nihilominus admoneri pios, tanquam scripta tabella memoriae caussa ante oculos posita, ut diligentes sint. Itaque apposite usus legis in iustificatis hic traditur. Non enimut bene faciant, habent a lege, sed a Deo eiusq̄ spiritu: est tamen lex vice monitoris, qui suo modo ad officium vnumquemque excitat. Atque ita pariter Deg tribuitur sua gloria, et 1390 legis dignitas salua retinetur. Caeterum vt haec et proxime sequen tia uerba sentiam explicanda de vsu legis et propria ipsius Apostoli experientia, quatuor me mouent rationes. Prima, si, quae Paulus hic de se subiicit, hoc modo exponantur, optime cohaerent et consentiunt cum iis, quae de lege hactenus dicta sunt: Si autem aliter interpretemur, non perinde cohaerent. Semper autem debemus prudenter dispicere, quomodo sententiae in

1395 quocumque scripto sint innicem colligatae. Ac Paulus, si quis alius, in con nectendis
suis sententiis atque orationis partibus mirus est artifex. Secunda:consuetudo est

mg Confolaic piorum ex uocationis certitudinc. | *mg* Caussa fine lis uocationis diuinae. | *mg* usdexter
Ra. | *mg* Solu Dei est aptos et idoneos red dere ad mus nus diuinin capescendin | *mg* Electio et uocatio
fidi pracedit. | *mg* Lex tabeil, memoriae. | *mg* Piiut bene faciant nor habent a le ge sed a deo. Constat ta
men legi nihilominus Iu dignitas |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

[p.32]

Apostoli, quandocumque dogma aliquod exposuit, protinus subiicere exhortationem, vel
aliud quippiam de eius dogmatis recto vsu, et quomodo ad conscientias instituendas, vel
ad vitam moresquetransferri debeat. Ad Roman.6. docet efficacia mortis Chri sti aboleri
1400 peccatum, acnobis, dum baptizatur, applicari hoc Christi beneficium. Subiicit igitur
exhortationem de eius doctrinae usu: dicens, Ne regnet igitur peccatum in mortali vestro
corpore, etc. Ad Galath.5. plenius disserit de libertate a iugo legis» per Christum facta.
Tandem vero addit de libertatis illius vsu: Vos, inquit, in libertatem vocati fuistis fratres:
1405 tantum ne libertatem datam putetis carni pro occasione, sed per charitatem seruite alii
aliis. Simili igitur modo post explicationem dogmatis de legis vsu subiicit hoc loco
Apostolus propriae experientiae testimonium.

Tertia ratio: Apostolus in disputatione de vsu atque effectis legis ad Roman.7.omnia
ad se transfert suaeque accommodat personae, dicens, Peccatum non cognoui nisi per
le, gem, et peccatum per praeceptum deceptum et occidit me: et, Lex quidem spiritualis
1410 est, ego vero homo sum carnalis. Et ad eum modum eruditissimi quique, tam veteres,
in primis D. Agustinus liber contra Iulianum, quam recentiores interpretantur. Quid ni
igitur statuamus, Apostolum hoc quoque loco, quae dixit de vsu legis, suae accommodare
personae, et probationem de propria experientia adferre?

Quarta ratio: Paulon post sermonem instituit de Euangelio siue de exuberante gratia
1415 per Iesum Christum: atque ibi statim addit exemplum de semetipso, referens nimirum,
quomodo vsum siue effectum Euangelii talem in se fuerit expertus: Misericordiam,
inquit, sum adeprus, vt in me ostenderet Iesus Christus omnem clementiam. Itaque quae
hic de seipso ex- ponit, merito accipiemus ad demonstrandum vsum legis esse adhibita,
atque Apostolum maxime cupere, vt quae ipse de vsu legis vera ac certa esse in sese
1420 comperit, ex iisdem caeteri quoque capiant, ac de seipsis iudicium facere assuescant.
Caeterum in verbis Apostoli, quibus ait, quod Dominus fidelem ipsum iudicari ponendo
in ministerium, primum commendatur nobis doctrina de vocatione. Ac scire debemus
ad ministerium nullos legitimum peruenire, aut cum fructu aliquid in eo praestare, nisi
quos ipse Dominus in eo posuerit. Quamobrem e contrario vehementer improbantur,
1425 neque sperare debent quicquam laudem dignum se effecturos, qui non vocati accurrunt,
vel verius, nescio quibus artibus irratione ad functiones per fas nefasque occupandas.
Secundum, discimus, nullos perse, sua prudentia vel consiliis idoneos siue fideles esse,
sed tales effici quatenus Deus fideles iudicat, et suo iudicio, id est, electione, vocatione,
institutione ac donis necessariis additis format fideles. 1.Samuel.3. vocatur Samuel, cum
1430 nondum fuisset ei reuelatum Dei verbum, postea autem id Eli reuelatur. Ierem.1.Ieremias

vocatur ad munus propheticum agno scitis se minus aptum, sed Dominus tangit ipsius os additque vires. Sic etiam Paulus Act.9. vocatur a Christo, atque Ananiae dicit Christus, illum elegi, siue est vas electum, vt portet nomen meum coram gentibus ac regibus. Paterfamilias commendat famulo cuius munus administrandum in domo, quamobrem
 1435 instituit et praescribit faciem. da omnia, simulquedat potestatem illud exercendi. Istud vero dum facit, declarat quod famulum illum iudicet fidelem. Quanquam hic incidit aliquod discrimen, siquidem paterfamilias non potest ea ratione statim facere idoneum, qua Deus, sed tantum instituit informatque, subinde etiam praecedentia quaedam obseruauit, ex quibus idoneum fore suspicatus est, Deus autem quamprimum aliquos
 1440 vocat, simul facit idoneos, nec respicit merita, vel vllas omnino res antecedentes. Tertio, cum Apostolus et hic et alibi passim de ecclesiastica functione sermonem faciens, utatur uocabulo διακονίας ministerii, par est meminerint omnes Ecclesiarum ministri, se maximarum rerum admoneri. Primo, ut sciant, ingentes labores, curas et pericula adiuncta esse el officio, ac diligenter expendat omnia, neque interim grauate quae se
 1445 signa illa arrogantiae uel ambitionis in se conspici. Tertio, oculos semper intendant in potentissimum illum, atque omnium, qui cum potestate sunt, communem Dominum, ipsum uidelicet Deum, cuius se esse ministros uniuersi non tantum ecclesiarum antistes, uerum etiam gubernatores rerum publicarum fateri humiliter debent: ad Rom.13. Quar to
 1450 et postremo uerbis Apostoli admonentur omnes, quin aliqua dignitate sunt constituti,

mg Qui a Deo non uocantur d ministerii, cum fructu id sustinere nequebut. | *mg* ab aequononia siue ne finiri.

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.33]

ut fideles else in officio pergant, donis a Deo sibi collatis recte utantur, denique quicquid faciunt, ad Dei conuertant gloriam et hominum utilitatem, quod quo possint, a Deo precationibus impetrare singuli contendunt.

Qui prius eram blasphemus et persecutor et violentus.) Altera pars de Usu legis, pro
 1455 ut ea seruit iniustis. Ex lege agnoscit Apostolus, quam grauius ante uocationem et iustificationem peccauerit, et ad peccatorum confessionem adducitur. Obicit forte aliquis, in conuersione Pauli non spectari eundem modum, qui in illis, quos suis sermonibus ad poenitentiam permouerunt Apostoli Act.2. et3 deprehenditur: vel in aliis, quos pia conciones vel meditationes de lege diuina, ad peccatorum agnitionem et confessionem
 1460 inducunt. Siquidem Apostolus subito et insolito modo, ac potius miraculo quam confuetudine ordinaria est ad resipiscentiam ac vitam meliorem pertractus. Respondeo, verum quidem est, aliquid esse dissimilitudinis in conuersione et poenitentia Pauli Apostoli et aliorum: Sed id magis positum est in circumstantiis, quae in negotii summa. Negari enim haud potest, Paulum Vim legis, prout ea seruit iniustis, mirabiliter ac longe efficacissime
 1465 esse in se expertum, primo, quando, ut scribitur, Act.9. circumfulgurauit eum subito Lux de coelo et collapsus est in terram: praeterea audiuit uocem dicentem. Saule Saule quid me persequeris? Certum est, tum audiuit Apostolus grauem de lege concionem, quin etiam sensit toto animo et corpore suo acerbam legis iram et vindictam: audiuit

ipsum legislatorem ipsumque Deum sua voce damnantem in ipso peccata ac seuerissime
 1470 ea vlscitentem. Quid autem obsecro est vim legis experiri, si hoc non est? Ac propterea
 etiam Apostolus statim edit confessionem, qua contestatur, se agnoscere ac dolere ob
 peccata ante acta, et velle deinceps vitam aliter instituere, quando nimirum prostratus
 in terra, tremens et obstupefactus, ait, Domine, quid me vis facere? Conferantur igitur
 1475 haec de Conuersione Pauli cum iis quae actor. 2. et 3. referuntur de conuersione illorum,
 qui auditis Apostolorum sermonibus compuncti sunt corde, et humiliter quaesierunt,
 quid se facere oporteret, quo saluam consequerentur. Et haud dubie nullum in his,
 quod ad confessionis modum attinet, discrimen inuenietur, nisi quod in causa Pauli
 circumstantiae quaedam magis sunt illustres. Ergo Apostolus ad comprobandum vsum
 legis, vt seruit iniustis ac peccatoribus, suum exemplum atque experientiam perapte
 1480 adhibet. Secundo Apostolus etiam a vocatione et iustificatione eundem legis vsum
 in seipso demonstrat, quando ante actorum criminum recordatione affectus ob ea se
 dolere, et nisi per misericordiam Dei clementer esset absolutus, damnationem aeternam
 finisse promeritum confitetur. Etenim agnitio, et confessio peccatorum semper a lege est,
 et quotiescumque peccata sua quisquam explorat, toties vis legis, prout ipsa iniustus
 1485 et peccatoribus posita est, sese in eo exerit. Porro in hac confessione Apostolus non
 tegit, non artificiosa ambage circumloquit, non alio quouis modo extenuat sua peccata,
 sed simpliciter quae grauissima sunt quasque capita omnium flagitiorum, recenset. Id
 autem tribus de causis. Prima. hoc facto clarius ostendit effectum legis, quae hominem
 humiliat, prosternit et corda plane conterit. Quo maiora sunt peccata, eo maior sequi debet
 1490 humiliatio, maxime cum, vt Psal. 51. testatur, cor contritum et humiliatum Deo inprimis
 placeat. Secunda, retundit aduersarios, qui cum uerum usum legis nequaquam tradebant,
 sed potius e contrario quasi homines legem exacte implerent, contendebant ex lege pa
 rari iustitiam, atque ita tumidos reddebant et inflatos. Exemplum habemus in Phariseo,
 qui vendicabat sibi iustitiam, et prae se contemnebat publicanum. Tertia ad amplifican
 1495 dam Dei misericordiam, de qua mox uerba facit. Quanto grauiora peccata remittuntur,
 tanto magis illustratur Dei misericordia, per quam illa remittuntur, quemadmodum docet
 Christus Lucae 7. quando mulieri peccatrici peccata remisit. Sed est insuper notandus in
 hac confessione ordo decentissimus. Primum fatetur Apostolus, se fuisse blasphemum:
 id autem est peccatum grauissimum, commissum in Deum, et pugnans cum praecep
 1500 tis primae tabulae. Secundo fatetur, se fuisse persecutorem et uiolentum; haec contra
 homines et quidem pios Christum consitentem: quamobrem sunt multo grauissima,
 committunturque contra praecepta secundae tabulae. Constituit igitur Apostolus se reum et
 transgressorem legis uniuersae. Nec difficile esset demonstrare, quomodo in haec breui

mg Lex quoniodo seruiat iniustis. | *mg* Apostolus Paulus Inusitata ratione respicientiam et munus
 pertrahitur. Diuersitas uocationis Pauli in circumspecta est. | *mg* agnitio et confessio pec. cui ex lege.
 | *mg* Lex humiliat, prosternit et conterit cor hominis. | *mg* Lucae | *mg* ordo confessionis Pauli ne. 2.
 Blasphemus. 2. Persecutor. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

Enumerationem lateant horrenda peccata contra singula Decalogi praecepta. Itaque ex

[p.34]

1505 his animaduertere licet, Paulum uim legis peccata redarguentis in peccatoribus, in se efficacissimam sensisse, et proprio didicisse experimento legitimum ac uerum legis usum.

Sed et misericordiam adeptus sum.) Addit haec ob duas causas. Prima ubi agnoscimus et confitemur nostra peccata, deque nobis ipsis desperamus per legem commoti: restat
 1510 ur supplices confugiamus ad Deum, atque misericordiam imploremus propter Christum. Huc nimirum lex ipsa peccatores adigit, propterea namque ad Galat.3. Lex uocatur pae-
 dagogus noster ad Christum, ut fide iustificemur: et ad Roman.7. Vbia lege de peccel-
 to conuictus fatetur et exclamat, se miserum esse et infelicem, cupitque a corpore morti
 1515 obnoxio liberari, ad Dei se conuertit misericordiam, ac gratias agit Deo per lesum Chris-
 tum, propter quem peccata remittuntur. Itaque haec uerba aliquo modo officium legis
 adhuc ostendunt. Secunda, uia sternitur his uerbis ad disserendum mox de Euangelio. Habet
 Apostolus in more, cum ab uno loco ad alterius loci tractationem uult progredi, in fine
 prioris loci pauca apponere, quae respiciunt ad sequentia, ut partes cum par-
 tibus aptius connectantur. Sit ergo haec doctrina nobis perpetuo in conspectu. Lex est
 1520 ueluti speculum, in quo, quibus maculis anima nostra sit deformata, contemplamur.

Docet proinde, quomodo agnoscamus peccata: Dehinc inducit ad ueram poenitentiam, et peccatorum confessionem. Denique remittit ad Christum medicum, qui
 maculas nostras abstergit, et per quem misericordiam consequimur. Secundo, Deum
 orabimus, ut hunc usum legis recte assequamur, et ne patiamur nos sic excaecari, ut peccata
 1525 nostr. neque agnoscere, neque confiteri queamus. Indubitatum est argumentum irae Dei,
 et certa uia ad exitium, non habere pro peccatis, quae tamen peccata sunt, et peccata sua
 nunquam agnoscere. Quos huiusmodi esse aduertimus, eos sciamus a Deo in sensum
 reprobis traditos. Tertio, orabimus Deum, ut ubi per legem peccata agnouerimus, non
 patiamur nos induci in tentationem, per quam in desperationem abriperemur: sed potius
 1530 mentes nostras spiritu suo illuminet ac regat, fidem in iis accendat, quo ad Christum toti
 conueri remissionem peccatorum propter eundem consequamur. Si Paulum blasphemum,
 et per secutorem Deus dignatus est misericordia, speremus et nos per poenitentiam et
 fidem posse in gratiam recipi.

Quod ignorans fecerim per incredulitatem.) Occupatio. Neque enim peccatum suum
 1535 his uerbis extenuat, uel quouis modo nititur excusare, quasi aliquid in ipso esset, ob
 quod Deus ad Commiserationem sui sit permotus: Sed occurrit atque respondet tantis
 quorum dam obiectionibus. Quidam habentes aliquam ueritatis cognitionem, mirari
 poterant, qui fieret, quod, qui confessus est, se fuisse blasphemum, receptus tamen sit a
 Deo in gratiam: siquidem blasphemia eiusmodi uidetur peccatum, quod remitti nullo
 1540 modo queat, Quidam impii et uitiiis immersi cogitassent: Si Paulo, qui tam grauiter
 peccauerat noxa est condonata, futurum, ut sibi quoque peccata omnia remittantur, atque
 ita impunitatis spem concipientes animum in malis obdurassent, acposito omni metu
 perrexissent inique agere. Hoc autem nihil fuisset aliud, que Pauli exemplo et Dei
 bonitate turpiter abuti. Vtrique igitur hominum generi Apostolus cupiens satisfacere,
 1545 ait, se fuisse qui dem blasphemum, sed per ignorantiam et ineredulitatem: quasi dicat,
 blasphemiae uia misericordiae minimem est praeclusa, sicut nec caeteris peccatis, si
 modo rei agant poenitentiam et fide misericordiam apprehendant. Est uero incredulitas
 causa blasphemiae, quemadmodum etiam est fons et origo peccatorum omnium. Et
 subiicit particulam de incredulitate, quae sedem habet in cordibus: ut intelligatur, et
 1550 ignorantiam, et blasphemiam, et quaecumque hinc peccata emanant, ex hominis peruerso

corde prodire, ac proinde omniz esse ipsi imputanda. Ergo hoc modo Apostolus peccata sua exaggerat et amplificat non imminuit. Sunt porro qui peccant, atque etiam apertem oppugnant Euangelium, sed per ignorantiam. Existimant ensm se recte facere, atque , ut Christus lohan.16. loquitur, praestare Deo cultum. Haec, inquit, facient uobis, quia non
 1555 nouerunt patrem, neque me. Atqui tales, si ex animo resipiscunt, et ueritatem monstratam amplectuntur, Deus, ue niam petentibus, ignoscit. Quocirca et Christus pro his orauit, qui cruci ipsum affige

mg Agnoscentes sua peccata ad Dei misericordiam confugere devent. | *mg* Lex ppecu' lum, in quo maculas nostras contenplamur. | *mg* Lex deducit | *mg* | *mg* | *mg* |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.35]

bant: Pater, inquit, remitte illis, nesciunt enim quid faciant. Luc.23. Eo igitur modo Apostolus blasphemus et persecutor fuerat, verum cum admoneretur peccati, atq ostenderetur ei, quid facere ipsum oporteret, submitit sese, ac uenia ei data est. Rursus sunt,
 1560 qui peccant, atque oppugnant Christum ipsiusque Euangelium, idque faciunt permaliti-
 Quomodo tempore Christus concionabatur, multi ueritatem probe norant, siquidem animaduertebant, quod doctrina Christi consentiret per omnia cum lege et prophetis, ex quibus Christus probationes sumebat: quinetiam ex signis, quae Christus aedebat,
 1565 plane conuincebantur, ut honorifice de Christo eiusque doctrina sentire cogere-
 tur: Sed quid fecerunt? Cum nolent displicere magnatibus, vel viderent syncera doctrina Christi euerti falsa sua dogmata, protrahi in lucem ac damnari suam hypocrisin, des nique obscurari suam gloriam, scientes volentesque omnibus uiribus Christo resistebant. Tales perstringit Christus lohan. 7. dicens, non posse eos credere, quod gloriam abinui cem acciperent. In tales inuehitur Apostolus 2. ad Corinth 2. et 4. Cum dicit esse, qui
 1570 Verbum Dei cauponantur ac dolose tractant, inuertunt: Item huius epist. cap.4. Vbi dicit orituros falsos doctores cauterio notatam habentes conscientiam. Certum autem est, si qui huiusmodi sunt, in malo perstant, nec blasphemare desinunt, aeternae dam nationis reos fieri. Habet autem et haec aetas, in quam nos incidimus, permultos, qui ueritatem impugnant per ignorantiam, quos tamen postea videmus subinde in uiam redire et ueritatem constanter profiteri, quibus nimirum hoc datum est a Deo, quosque ad vitam Deus praeordinauit. ad Ephes. ad Philip. 1. Act. 13. Sed sunt insuper non pauci, qui ueritatem impugnant per malitiam, ut gloriam uentur apud imperitum populum, gratiam magnatum promereantur, opes acquirant et honores: quos omnes, si non resipiscant,
 1580 sup plicia aeterna manent. Verum quo uisquisque tam de praesente loco, quam de sequentibus ad finem huius capituli et initium capituli sexti, ubi iterum blasphemiae fit mentio, queat rectius iudicare, nos de Blasphemia paulo explicatius disseremus, addituri etiam nonnulla de peccato per ignorantiam.

De Blasphemia.

Blasphemare et blasphemia latius omnino patent, quam plersque opinantur. Est nam
 1585 ὀλιγοφροῦνον in genere maledicere alicui superiori, execrari, vituperare, conuitiis in-

cessere, et quouis modo dignitati atque honori eius derogare. Βλασφημία est huiusmodi actio siue opus. Itaque duplex in Scripturis notatur blasphemia: altera, quae committitur in homines dignitate praeditos: altera vero in Deum. De blasphemia in homines ad Tit.2. Admoneto illos, vt principatibus ac potestatibus subditi sint, vt magistratibus pareant, vt
 1590 ad omne opus bonum sint parati: *μνδιενα θλασφκα ν*, ne de quoquam maledicant. Et 1.ad Corint 4. Paulus de se aliisque Apostolis: Malem audientes benedicimus, persecutionem patientes sustinemus, Βλασφυμομενοι παρακαλσμεν, id est, conuitiis affecti obsecramus. Blasphemia ergo non modo in Deum, verumetiam in homines peccatur: atque omnes appellantur blasphemi, qui non contra pares, sed aduersus superiores, in
 1595 quacunq; hi sint potestate siue Ecclesiastica, siue Politica, aliquid indignem et contumeliose dicit aut facit. Hinc quoque fit, quod aliis insuper peccatis, quibus homines inprimis of fendimus, blasphemia censi solet, ad Ephes.4. Omnis amarulentia et tumor et ira et vociferatio et Βλασφημία, id est, maledicentia tollatur a vobis cum omni malitia. Ad Coloss.3. Nunc deponite et vos omnia, indignationem, malitiam, θασφμμίay, maledicentiam, „ turpiloquium ab ore vestro. Est porro alia blasphemia proprie in Deum: qua significatione plurimum ea vox vsurpatur, quod Augustinus quoque indicat de moribus Manichaeorum liber 2.cap.11. Blasphemia, inquit, est, cum aliqua mala dicuntur de bonis. Itaque bla sphemia iam vulgo non accipitur, nisi mala verba de Deo dicere: de
 1600 hominibus namque du bitari potest: Deus vero sine controuersia bonus est. Definitio veron talis colligi potest. Blasphemia in Deum est, cum quis ex incredulitate dicit aut facit aliquid, quo aut negatur de Deo, quod erat illi tribuendum, aut e diuerso tribuitur, quod ei minime conuenit, qua exre Dei imminuitur aut obscuratur apud nos gloria. In qua definitione caufas aliquot congegissimus, ad demonstrandam magnitudinem eius peccati idoneas.

mg Peccauma liie. | *mg* Caussareprobationi? gentis Iud. o. Act.28 Esae Matth. | *mg* Blasphemare quid? | *mg* Duplex Bl. sphemia 2. In Deum 2 In homines. | *mg* Blasphemie aduersus su periores. | *mg* Blasphemiat Deum. | *mg* Definitio blasphemix causis. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

1610 Causa efficiens blasphemiae est incredulitas in corde hominis. Liquet id ex verbis Apostoli, qui confessus se fuisse blasphemum, persecutorem, et violentum, subnectit, ita se peccasse *υ πικία*, per incredulitatem. Ac res ipsa testatur, blasphemiam omnem ita oriri. Nouit aliquis homo, quid de Deo sentire oporteat, quaeque Deo proprie conueniant: Verum quia praeduro est corde, nec credit rem ita se habere, audet omnireligione
 1615 ac metu posito contrarium dicere aut facere. Talibus nimirum initiis et progressu Iu Paulus blasphemus effectus est. Audiuerat enim verbum Dei, audiuerat plures pios veritatem Euangelicam de Christo confitentes, sed credere nondum poterat, imo vero arbitrabatur Apostolos caeterosque pios errare, se vero recte sentire: vnde animatus est ad resistendum illis, et persequendum, qua ratione peccatum ipsius factum est longe
 1620 grauissimum. Et quod cognitio aliqua veritatis praeire soleat, antequam ad blasphemiam veniatur, ex eo manifestum est, quod fides quoque sit ex auditu, auditus autem per verbum Dei, ideoque per contrarium incredulitas similiter ex auditu verbi est. Verbum namque

[p.36]

primo proponitur, consequitur deinde, vt, qui audiunt, credant aut non credant. Huc
 pertinent verba Christi Iohan.15. Haec omnia facient vobis propter nomen meum, quia
 1625 non nouerunt eum qui misit me. Si non venissem et non locutus essem iis, peccatum
 non haberent, nunc autem non habent, quod praetexant peccato suo. Qui me odit, et
 patrem meum odit: Si opera non fecissem inter eos, quae nemo alius facit, peccatum
 non haberent: nunc autem et viderunt, et oderunt, non so . - lum me, verum etiam
 patrem meum. Ex quibus verbis colligere licet, blasphemias Iudaeorum inde natas, quod
 1630 verbum quidem audiissent, verum nequaquam credidissent. Docet etiam Irenaeus liber
 5. Semper debere cognitionem aliquam praecedere, antequam quis ad blasphemiam
 erumpat, additque ex Iustini sententia Satanam anteauentum Domini non ausum blas-
 phemare Deum, quod ante id tempus damnationem suam certo non sciuisset. Vtrum
 autem Satanus antea per se, vel per suos, Deum non blasphemauerit, non est praesentis
 1635 loci plenius excutere. Haec autem sufficiunt ad declarandum, quod blasphemia omnis ex
 incredulitate tanquam fonte emanet. Chrysostomus liber 3. de Lazaro et diuite, Luc.16.
 Blasphemiam ait oriri ex impatientia: Hieronymus, in enarrans cap.4. epist. ad Ephes. extra
 eam collocat. Sed si bene expendimus, Impatientia, Ira, et similes perturbationes ex
 incredulitate tanquam ex fonte ebulliunt. Qui enim fidem habet in Deum, non irascitur,
 1640 non est impatiens, sed statuit eum laturum opem cum ipsi oportunitate videbitur quamo-
 brem nullum ei verbum excidit, ad Dei spectans contumeliam. Iob non fuit incredulus,
 sed fidelis: quamobrem in tantis aduersitatibus effecta incredulitatis, qualis sunt Ira,
 Impatientia, Blasphemia, in illo nequaquam conspiciebantur. Apostolus ad Romanos
 10. ait, corde credi ad iustitiam, ore autem edicere confessionem ad salutem. Ad eundem
 1645 modum dicere possumus, in corde latere incredulitatem, ore autem emitti blasphemiam,
 vt, sicut opponuntur fides et incredulitas: ita opposita intelligamus confessionem fidei et
 blasphemiam. Porro causa formalis blasphemiae sunt dicta factaque quibus illa committitur.
 Dictis blasphemiam fuerunt Syri, 1. Reg.20. qui regi suo Benhadac persuadebant,
 restaurandum bellum aduersus Israelitas, quandoquidem Israelita, rum Deus non ita
 1650 posset victoriam dare in planicie, quemadmodum dederat in montibus. 2.Reg.18. et 19.
 satellites Sanherib regis Assyriorum clamitabant, non posse Deum eripere Hierosolymitanos
 ex ipsorum manibus, sicut nec caeteri Dei suos populos seruauerant: Sed Esaias
 praedixit liberationem, ac tantam blasphemiam non fecit impunitam. Facto blasphemus
 fuit Achasia rex Israelis, qui cum per Cancellum caenaculi delapsus grauiter aegrotaret,
 1655 nuncios misit, qui consulerent Baalzebub Deum Ecrón, vt sciret, num spes superesset
 recuperandae valetudinis, quasi nullus esset Deus in Israel, qui posset opitulari: Itaque
 ob eam blasphemiam obiurgatus est ab Helia, et mortuus. 2. Reg.1. Inuenias etiam
 quosdam dictis pariter et factis blasphemos. Paulus non tantum Sermonibus obsistebat
 veritati, uerum etiam saeuam mouit persecutionem. Origenes in Euangelium Iohan.39.
 1660 disserens de prophetia Caiaphae, ait, blasphemare eum in Spiritu S, operibus et sermonibus,
 qui peccat Spiritu S. presente in eius

mg Causae (i ens blasphemiae (uu dulitas. περιηαρ duiae et dmiotiae coniuncta act22. | *mg* Roman.19. Esas3.
 Incredulitas caret uerbo Dei, cui per blasphemiam refragantur. | *mg* Fide uera praediti non fundunt blasphemias in Deum. In corde latet incredulitas. Ex ore manat blasphemia. Cafafoma us blasphemiacin dictis et factis potest esse. Esa.37. 1.Reg.1. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.37]

anima. Augustinus in Iohan. tractat. 27. Varii, inquit, inueniuntur nuc, qui lingua
 blalphemant Christum, permulti qui uita. Loquitur de his, qui Christianos se esse uerbis
 quidem profitentur, uitam uero uiuunt Christianis plane indignam, et magna praebeant
 1665 offendicula: quales hodie quoque permultos uidemus, qui inter blasphemos censerino
 lunt, quamdiu ore blasphemias in Deum nullas effundunt. Caeterum uehementer augetur
 blasphemia uerbis commissa, quando accedunt execrationes, detestationes, periuria,
 conuicia aperta in Deum, atq id genus, quae ex fonte incredulitatis, et ex perturbatis per
 ineredulitatem affectibus solent erumpere. Ac possunt haec inter blasphemiae affinia
 1670 numerari. Petrus Matth.20.negans Christum sibi esse notum, addidit periurium et execra-
 tionem. Horrenda fuit blasphemia Iuliani, qui non solum negauit Christum esse Deum,
 contra confessionem antea a se editam, uerum etiam conuiciis est insectatus, maxime
 cum uulneratum se ad mortem cernens de sanguine proprio quantum manu exceperat, in
 coelum proiiceret, et contumeliose aduersus Christum clamaret, uicisti Galisae: Tripart:
 1675 histor:libus 6.cap.47.Et Theodoretus liber 3.cap.25. Grauiissime uero peccant haeretici,
 qui uerbis blasphemiam perpetrant, quoniam sermocinando ac docendo disseminant
 uirus haereseos, qui alias factis et externis moribus sic norunt se componere, tanquam
 si sanctimonia insigni olerent, et aedificare magis quam destruere haberent in animo.
 Intellige autem haeticos, qui uere tales sunt, hoc est, qui perperam de religione et
 1680 negotiis fidei dislerunt Deinde, postquam sacris literis conuscti fuerint erroris, perti-
 naciter adhuc defendunt impia placita, atq alios quoque in suam pertrahunt sententiam,
 sectasque faciunt. 1.ad Timoth.1. Nonnulli circa fidem naufragium secerunt, quorum de
 numero est Hymanaeus et Alexander, quos tradidi Satanae, ut discant non Βλασφημιον,
 maledicere.2.ad Timoth.3.ubi describit haeticos resistentes ueritati, mente corruptos,
 1685 reprobos circa fidem, uocat eosdem sui amantes, fastuosos, blasphemos siue maledicos.
 Quodque alii per eos abducantur ad blasphemandum, unde exaggeratur illorum peccatum,
 liquet. 2. Petri2. Quidam, inquit, falsi doctores clam inducunt sectas perniciosas et
 sibi ipsis accersunt celerem interitum, et plerique sequuntur illorum exitium, per quos
 uia ueritatis Βλασφημιθησεται, id est, maledictis incessitur. Quod si rem eo dedux-
 1690 erint, ut secessionis a uera ecclesia sint autores, tunc etiam factis blasphemant. Vide
 quomodo nonnunquam a paruus in multis multa grauiissima peccata haeretici sese praeci-
 pient. Porro blasphemiam factis commissa grauior fit, quando peccatum eiusmodi est,
 ut postquam in lucem protrahitur, alii occasionem blasphemandi, id est, male loquendi
 de Deo, deque sincera religione accipiant.2.Samuel.12. Dauidi, quia adulterio suo
 1695 dederat hostibus occasionem male loquendi de Israele denunciat Nathan, puerum ex
 adulterio genitum moriturum. Ad Roman.2.ad Iudaeos impie uiuentes. Qui de lege
 gloriaris, per legis transgressionem Deum de honestas. Nam nomen Dei propter uos
 Βλασφημιται, male audit inter gentes. 1.ad Timoth.6. Quicumque sub iugo sunt serui,
 suos dominos omni honore dignos ducant, ne nomen Dei et doctrina Βλασφημισαται,
 1700 id est, male audiat. Est proinde ualde necessarium, ut de non dando offendiculo ac de
 praecauenda causa blasphemiae homines frequenter admoneantur publice in ecclesiis,
 cum perpaucae sint, qui intelligant, et quid proprium sit blasphemiam, et quam graue sit
 peccatum, qua taque secum mala trahat. Iam ex his, quae hucusquedicta sunt, perspicua
 redditur postrema particula in definitione posita, nempe quod gloria Dei dictis factisque-
 1705 blasphemis apud nos obscuratur. Notatur uero hic causa finalis siue effectus blasphemiae.

Deo quidem non potest de gloria quicquam detrahi: necesse enim est, maiestatem ac gloriam eius, quanta fuit ab aeterno, inuiolabilem semper manere. Attamen in hominum animis, qui dictis factisque blasphemantium permouentur, tacite nascitur quidam Dei contemptus: Ex quo fit, ut de Deo numquam tam honorifice deinceps sentiant, quam debeant. Ex contemptu autem Dei et falsis opinionibus alia mox erumpunt horrenda peccata, ueluti temeritas in peccando, oppugnatio agnitae ueritatis, mentis excaecatio, perseuerantia in malo, cordis obduratio, denique et desperatio. Sic namque uelut per gradus quosdam ad mala extrema progressio fit, et plurima consequuntur ex sese mutuo, perinde atque effecta comitantur caussas. Quinetiam punit Deus peccata peccatis, et blasphemiam

mg Effectus blasphemiae caussae finalis. Obscuratio gloriae Dei inter bonis. Dei gloria per se semper male inuiolabilis: respectu autem blasphemantium in contemptu dicitur apud bonos. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

[p.38]

blasphemia. Qua de re, quibus oculi sunt a Spiritu Dei illuminati, possunt iudicare, maxime cum illorum lapsus et actiones considerant, audent hoc tempore agnitam impugnare veritatem. His igitur modis Dei gloria per blasphemantes vehementer apud nos obscuratur. Hucusque de blasphemia in Deum definitione, atque eius diuersis causis, ac finibus et effectis. Restat explicemus, quomodo blasphemia quaedam sit remissibilis, quaedam uero irremissibilis. Christus Matth. 12. ait, Omne peccatum et conuictum, blasphemia, remittitur hominibus: at conuictum in Spiritum S. non remittitur hominibus. Et, Quicumque dixerit uerbu aduersus filium hominis, remittet illi: qui autem dixerit aduersus Spiritum S. non remittetur ei, neque in praesenti seculo neque in futuro. Eandem sententiam Lucas cap. 12. enarrat: Marcus aut cap. 3. ita. Amen dico uobis, omnia remittentur filiis hominum peccata et conuicta, quibuscumque conuicti fuerint: at qui conuictum dixerit in Spiritum sanctum, non habet remissionem in aeternum, sed obnoxius est aeterno iudicio. Quodnam autem sit illud peccatum in Spiritum sanctum, nunquam remittendum, difficile est desinire. Augustinus liber de uero baptisate, peccare, ait, in Spiritum S. qui ueritatem contemnit, qui in fratres, quibus Deus manifestauit ueritatem, malignus est, qui non agnoscit Dei in ecclesiam beneficia, nec agit gratias. Liber de Sermone Domini, dicit eum peccare in Spiritum S. qui alteri inuidet collata Spiritus S. dona. Atqui haec nunquam remitti poenitentibus non satis potest demonstrari. Itaque idem liber de uerbis Domini, ex Euangelio Matthaei in Sermone n. animaduertens, nullum esse peccatum, quod poenitentia non aboleatur, et de quo non sit uel in extremo uiae poenitentia speranda ratiocinatur, peccatum in Spiritum S. irremissibile esse impoenitentiam, et quidem finalem, hoc est, ad extremum usque uiae durantem, quae alias uocatur desperatio obstinata. Nec multum dissidet ab hoc, quod idem epist. 50 ad Bonifaciu uocat duriciem cordis ad finem usque. Ambrosius liber de Spiritu sancto: similiter Chrysostomus ad cap. 12. Matth. dicunt, peccare in Spiritu S. qui derogant dignitati personae Spiritus sancti, atque adimunt. quod ei erat tribuendum: quemadmodum Pharisei negabant uirtute Spiritus S. eici a Christo daemonia, sed fecisse id Christum potius ope Beelzebul. Alii alia protulerunt. A quam

1745 plurimis autem recipitur sententia illa, de impenitentia finali, ut licet ex his cognoscere, qui enarrant Petri Lombardi sententiam. liber 2. distinctionem quadragesimam tertiam: neque nos omnino reiicimus, minus tamen satisfacit, cum Euangelistarum verba non satis commode explanet. lubent igitur verba contextus primum respicere nos generatim in blasphemiam, id est, impugnationem aliquam Veritatis, id quod docet historia ipsa, in qua recitatur, Phariseos, cum Christus eiecisset daemonium caecum et mutum, virtute Dei, 1750 contra Veritatem inique interpretatos; a Christo id factum non virtute Dei siue spiritu Dei, sed ope Beelzebul principis daemoniorum. Talem blasphemiam Christus rationibus aliquot refellit. Deinde subiicit generalem comminationem de peccato in Spiritum S. nunquam remittendo. Secundo, discrimen aliquod statuere oportet, inter blasphemiam siue oppugnationem Veritatis, quae committitur in filium, et eam quae committitur in Spiritum S. Notum autem est, duobus modis impugnari veritatem vel blasphemiam 1755 committi: altero quidem per ignorantiam: altero vero per voluntariam malitiam; Qui primo modo peccarint, cum poenitentia ducuntur, iterum in gratiam accipiunt. Sic Paulus de se satetur, qui blasphemus et persecutor fuerit, verum quoniam ignorans fecisset, misericordiam se consecutum. Petrus act.3. Vos sanctum et iustum negastis, et postulastis ut virum homicidam donaret vobis, autorem veron vestrae interfecistis. Post pauca Et nunc fratres scio, qui per ignorantiam fecistis, sicut et principes vestri. Poeniteat igitur; vos erroris, et conuertimini, ut deleant peccata vestra. Paulus 1.ad Corinth.2.Si cognovisset, nequaquam Dominum gloriae crucifixissent. Et pro his, qui ita peccant, aequum est o. rationes fieri, quemadmodum Christus oravit pro his qui ipsum crucifigebant: 1760 Similiter Stephanus pro lapidantibus. Generatim mandavit Christus, ut pro his oremus, nos persequuntur. Quando enim per ignorantiam aliqui oppugnant Veritatem, non est de conversione et salute eorum spes abiicienda. Qui autem secundo modo, id est, voluntarie impugnant veritatem agnitam et blasphemant, his peccatum non remittit. Ad Hebraeos. S. volentes peccaverimus post acceptam cognitionem veritatis, non ultra pro peccati?

mg Blasphemia quatenus remittatur, aut inexpiabilis permaneat. | *mg* Peccatum in Spiritum Sanctum irremissibile diffinitur. Definitio D. Augustini. Impoenitentia finalis peccati redit ad irremissum Augustinum. Sententia Ambrosii, et Chrysostomi. Lucai. Marci. s. Matth. i. Petrus Lombardus. 1. Discrimen blasphemie. 1. filium et Spiritum Sanctum. | *mg* Duobus modis oppugnantur veritas, Ignorantia et Malitia voluntaria, Blasphemia ignorantiae remissibilis si sequatur poenitentia Act.7. Matth.5. Luc.6. Blasphemia ex malitia et voluntate peruersa est irremissibilis |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

1770 reliqua est hostia, sed formidabilis quaedam expectatio iudicii, et ignis vehementia, qui deutoraturus est adversarios. Et quia huic peccato negatur remissio, ideo κκατ' εχογην vocatur peccatum ad mortem, nec est pro eo orandum.. Iohan.5. Si quis viderit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petet et dabit ei veniam: peccantibus dico non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roges. Omnis iniquitas peccatum est, sed est peccatum, quod non est ad mortem. Ex his proinde licet colligere 1775 blasphemiam, quae remittitur, nempe quae fit ex ignorantia, recte statui blasphemiam in filium: Eam vero, quae non remittitur, quaeque fit voluntate siue malitia voluntaria,

[p.39]

blasphemiam esse in Spiritum Sanctum. Itaque qui veritatem nondum tenent, neque Spiritu Sancto sunt illuminati, et quoad possunt veritati resistunt, maledicunt, conatur eam interuere, tales siue in personam patris, siue in personam filii, adde etiam in personam Spiritus Sancti conuicia coniecerint, dicuntur per ignorantiam peccare: quandoquidem iudicare rectius non possunt, facturi procul dubio aliter, si melius edocti essent. Quare spes est remitti eiusmodi blasphemiam posse. Addidi etiam de persona Spiritus Sancti, quae in hac parte, in blasphemia, inquam, per ignorantiam, non sit necesse discrimen inter personas praecipue notare: sed potius spectanda est ipsa blasphemiae origo, ignorantia videlicet. Probat id autoritate Stephani Actor.7. qui pro illis generatim orat, quos paulo ante dixerat spiritui sancto semper restitisse: in quorum numero erat etiam Paulus, qui postea est conuersus. Resistebant illi spiritui sancto, et peccabant in spiritum sanctum, sed adhuc per ignorantiam, alias nequaquam pro illis orasset. Si autem aliqui veritatem tenuerint, atque a spiritu sancto fuerint satis edocti, et interim pergunt, reluctante propria conscientia, traditam de Deo rebusque diuinis veritatem scientes ac volentes impugnare, hi proprie peccant in spiritum sanctum, neque his spes veniae vlla superest. Ideo autem huiusmodi peccatum dicimus appellari proprie peccatum siue blasphemiam in spiritum sanctum, quia omnis cognitio veritatis a spiritu sancto est, et sine spiritu sancto occulta reuelatione atque inspiratione veritatem non possumus confiteri. Iohan.16. 1.ad Corinth.2. 1.Iohan.2. Qui non fuerint ita edocti, non possunt eadem ratione culpam velut peccantes in spiritum sanctum. Est porro tale peccatum irremissibile ob duas causas. 1. Quia reuera est per se longe grauissimum. Quis enim non iudicet indignissimum esse, quod, qui semel fuerunt illuminati ac participes facti spiritus sancti, ac gustauerunt bonum Dei verbum, tanta Dei beneficia aspernantur, Deum afficiunt contumeliis, eiusque veritatem modis omnibus impugnant. 2. Tales iusto Dei iudicio plurimum etiam in hac uita excaecantur, traduntur in sensum reprobum, indurantur in malo, ut conuertantur ad Deum, poenitentiam serio agere, veniam humiliter et cum fide postulare nunquam velint aut possint. Quin potius pergunt indesinenter et ad extremum vsque oppugnare veritatem. Pharaon, Iannes et Iambres, Exod.7.2.ad Timoth.3. audiunt veritatem videntque signis confirmari, ut conscientia ipsorum conuicta fateri cogentur, digito Dei seu virtute spiritus sancti omnia: Sed audebant adhuc obsistere, ideoque excaecabantur, indurabantur, ac persequi non desinebant, donec miserabiliter perirent. Esaias 23. populus rebellis et conturbans Spiritum sanctum habet Deum aduersantem, qui et facit illos errare a via recta, et permittit corda illorum timore Dei esse vacua. Paulus ad Roman. 11o. pluribus demonstrat, Iudaeis annunciatam fuisse veritatem Euangelii, sed eos noluisse amplecti, imo potius contradixisse perpetuo ac rebellasse: idque probat ex Esaias cap.53. Quamobrem capite 1. statim subiicit ex Esaias 6o. et Psalmo 69. illos iusto Dei iudicio excaecatos et a Deo reiectos. His ita expositis, peccatum in Spiritum sanctum proprie dictum licet hoc pacto definire.

Peccatum in Spiritum S. est, cum quis veritatem de Deo rebusque diuinis, Spiritus S. beneficio cognitam sciens ac volens, reluctante propria conscientia, abnegat vel oppugnat, dumque id excaecatus vel induratus constanter facit, remissionem tantae malitiae nunquam accipit. Est uero notandum, quod, quinam ita grauiter blasphement ut peccatum eorum sit prorsus irremissibile, non possumus, quando blasphemii in uiuis sunt, certo iudicare, nisi forte reuelatione quadam singulari id cuiuspiam manifestare. Olim quidem Ecclesia uariis donis erat illustrata, et passim inueniebant nonnullis, qui discernere ac probare spiritus et uidere, quos Deusa

mg Peccatum ad mortem. I Ioan. 5. | *mg* Blasphemia in Filium remissibilis. Blasphemia in Spiritum Sanctum irremissibilis | *mg* Causa Peccatum in Spiritum duabus de causis irremissibile. 2. Causa eius non remittatur peccatum in Spiritum. | *mg* Definitio peccati in Spiritum s. | *mg* Donx auge tonis spirituum in primua ecclesia

AD TIMOTHEVM CAP. I.

[p.40]

1825 se omnino reiecisset, possent. I ad Corinth. 12. I Ioan. 4. Quemadmodum ita fieri tunc expediebat, eratque necessarium. Nunc vero iudicium certum ferre non possumus, nisi a poste riori, hoc est, dum animaduertimus manifeste effecta blasphemiae. Etenim qui palam excaecatus in sensum reprobum traditus, obduratus, atque in blasphemia, veritatis oppugnatione, gratiae Christi contemptu perseuerat ac moritur, de hoc pronunciare audebitur, quod peccati in Spiritum Sanctum irremissibilis reus fuerit: Ante vero que

1830 vitae absoluentur, non est plane desperandum de eius conuersione. Quis namque scit, an Deus Illi velit rursus aperire oculos, ut peccatum agnoscat, veniam ex animo postulet, eandemque consequatur. Quocirca verba Christi ad Iudaeos recte intelligent generalem quandam comminationem continere, ut sit sententia: Si qui ex Iudaeis tunc praesentibus ita semper interpretarentur, perfecta esse potentia Beelzebul, quae diuina

1835 virtute ipse fecisset, futurum, ut propter tale peccatum in Spiritum S. excaecarent, in sensum traderent reprobum, denique damnarentur in aeternum: Nec dubium est, quin aliqui ex iis resipuerint: quidam vero eiusmodi effecta blasphemiae fuerint experti. Stephanus quoque non vniuersaliter, sed indefinite dixit: Vos semper restitistis Spiritui Sancto: significans nimirum, non omnes, qui ibi aderant, sed tantum aliquos scientes volentesque in Spiritum sanctum peccasse, quorum peccatum foret irremissibile: quosdam

1840 vero alios illi coetui interfuisse, qui in Spiritum Sanctum peccarent quidem, attamen per ignorantiam, quibus peccatum, quodcumque poenitentiam agerent, remitteretur: ac pro talibus, in quibus et Paulum adolescentem fuisse constat, orationem ad Deum fecit. Si, reuelante Spiritu Sancto cognouisset, oes sine exceptione ita restitisse Spiritui

1845 Sancto, ut peccatum eorum foret simpliciter irremissibile, nequaquam pro illis generatim orasset, nec ecclesia postea vidisset Paulum factum Apostolum. propterea 2. ad Timoth. 2. ita praecipit Apostolus: Seruum Domini non oportet pugnare, sed placidum esse erga omnes, aptum ad docendum, tolerantem malos: cum ce lenitate erudientem eos, qui contrarie sunt animo affecti experturum, equando det illis Deus poenitentiam, ad

1850 agnoscendam veritatem, et resipiscant e diaboli laqueo capti ab' eo, ad ipsius voluntatem. Ad Tit. 3. Haereticum hominem antequam habeatur pro aeuerso atque damnato, vult semel iterumque admoneri. Ad Rom. 11. Iudaeos excaecatos ait posse iterum inseri, si in incredulitate non permanserint. Quare nos quoque de blasphemantibus et Spiritui Sancto resistentibus, quamdiu in viuis sunt, non protinus desperabimus, sed quemadmodum

1855 iubet Apostolus, frequenter admonebimus, docebimus sedulo, quin, etiam exemplo Stephani pro illis orabimus, fiduciam habentes, quod Deus dignabitur illorum misereri. Hinc quoque fit, quod ecclesia pro inimicis et persecutoribus, pro Iudaeis et haereticis orationem nonnunquam ad Deum facere solet Si autem certa reuelatione patefieret, aliquos ita resistere Spiritui Sancto, ut poenitentiae ac remissionis nulla esset amplius spes reliqua, pro his, quemadmodum Ioannes docet, non orabimus. Haec ad iudicandum, quae

1860

nam blasphemia in Spiritum Sanctum sitirremissibilis, sufficiunt.

Nunc de peccato ignorantiae nonnulla sunt adiicienda. Quae autem maxime sunt ter peccascitu necessaria, nos propositionibus aliquot complectemur.

1865 1. Peccatum aliud iudicio voluntario perficitur, aliud ignorantia. De priori genere satis notum est: omnes, qui legis diuinae habent cognitionem, sed tamen transgredi au dent, reos eius peccati statui: perlegem cognitionem peccati: ad Roman.3. De altere genere Leuit 4. et Numer.15.ubi Deus praescribit, qualia sacrificia offerri ad ostium t? Dernacli et cornua altaris debeant, pro eo, qui per ignorantiam peccauerit, siue sacei dos, siue tota multitudo filiorum Israel siue priuatus quispiam ita deliquisset.

1870 2. Quo autei uncernere polsimus, quae nam ignorantia, et quomodo, uel quando pro crimine statuatur: operae pretium est, diuersas ignorantiae formas siue species expli cari. Primum est ignorantia quaedam uniuersalis, et omnibus hominibus communis, quae est effectus peccati originalis, qua fit, ut nunquam tam plenem ea, quae Deiuue salutis nostrae sunt, cognoscamus in hac uita, uti debebamus, ueluti post hac uita dabig cognoscere. 1875 Atque haec omnis erroris in hac uita fons est et origo, nec quamdiu uiui mus, prorsus a nobis tollitur. Secundo, est ignorantia particularis, atque alia quider

mg iudicium a bosteriori et postmor tem. | *mg* Ante mortem de hominis salutenon est desperandum, | *mg* De peccato per ignoran tiam. | *mg* 1. Propositio. Duplicetur, exignorantia et uo luntatae. Sagificia pro peccatis ignorantiae. 2. Propositio. | *mg* 1. Genusignorantiae uniuersalis. Effectum pec cati originalis. | *mg* 2. Ignoranuaparticils |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.41]

eorum, quae sciri a nobis nullo modo est necesse: alia eorum, quae sciri est necesse. Ex his duabus formis prior illarum usque adeo omni culpa uacat, vt, si scire, quae nos scirenon oportet, studeamus, uitio uerbi nobis possit, atque crimem incurramus, si de 1880 rebus sublimibus temeritatis, si de rebus humilioribus, ineptae curiositatis. Huc illa pertinent Ecelesiastis cap.8. Aspexi omne opus Dei: sed nemo est, qui potest inuenire rationem huius ” operis, quod fit sub Sole, propter quod homo laborat, vt quaerat, sed non inuenit, quinetiam si dixerit sapiens, se dare operam ut sciat, non poterit inuenire. Et in prouerbiis, in libris, Hiob et Iesu Syrachy, multa inuenias, contra quarumcunque 1885 rerum non necessariarum scrutatores dicta.

Caeterum ignorantia rerum scitu necessariarum nunquam sine crimine est, quamuis alia quidem mitius, alia uero seuerius punienda existimetur. Qua de re iudicium utfer ripossit, alias partitiones oportet considerari: Est igitur quaedam ignorantia, cum glexit. Hanc uocant ignorantiam crassam ac supinam, quae spectatur in pueris et multis hoquis 1890 quae scire merito debebat, aut omnino nesciuit sibi addiscenda, aut addiscere neminibus recta educatione destitutis. Alia est ignorantia, cum quis quae sciebat sibi addiscenda, tamen etiamsi uoluit addiscere, non potuit: a quibusdam appellatur ignorantia inuincibilis siue probabilis, qualem apparet fuisse in Eunucho Actor. 8. et Centurione, Actor.10. multisque aliis, praesertim gentilibus, qui Deum vtcunque timuerunt. Alia est, rentur 1895 addiscere: Hanc nominant affectatam et simulatam, estque omnium perniciosissima. cum quis quae scire debuerat et poterat, noluit tamen, quamuis facultas et occasio daNon

- pauci hoc pacto tres ignorantiae formas distinguunt, et sicuti libet explorare cau sas diuersas, ob quas ignorantia prouenit, competit distinctionem hanc non esse reiiciendam. lam quomodo, et quare oēs hae formae cedant ad peccatum, non difficile est explicare.
- 1900 Dam nari ignorantiam supinam multi Scripturarum loci comprobant. Psal.32. Ego prudentem te reddam, et docebo te in via, per quam ambulabis, consillumquetibi dabo oculo meo. Non eritis sicut equus et mulus, qui nihil intelligunt. Psalm.49. Homo in honore non perdurabit, cum sit assimilatus pecudibus, quae intereunt. Haec ipsorum
- 1905 via stultitia eorum est. Et Paulus Actor.7. ait, Deum tempora ignorantiae in gentilibus dissimu» lasse, nunc autem annunciari hominibus, vt omnes vbique respiscant. Est autem hominibus vniuersis insita quaedam de Deo atque honestis actionibus cognitio: quod planius docet Apostolus ad Roman.1. et 2. Quare quicumque lumen sibi concessum non agnoscunt nullamquedant significationem cognitionis, qua sunt praediti: sed in ignorantia ac tenebris persistunt adeoquegaudent persistere: tales, eodem Apostolo teste,
- 1910 sunt inexcusabiles, et sicut sine lege peccant, ita sinelege et peribunt. Ad Rom.1. et 2. In quam sen tentiam D. Augustinus de gratia et libero arbitrio cap.3.ait, ignorantia eorum, qui tan quam simpliciter nesciunt, nullum sic excusari, vt aeterno igne non ardeat, sed fortasse vt minus ardeat. Non enim sine causa dictum, Effunde iram tuam in gentes, quae te non nouerunt: Psal.76. Et illud quod ait Apostolus 2.ad Thessal.1. Cum venerit
- 1915 Christus cum incendio flammae, qui infligit vltionem iis, qui non nouerint Deum, et qui non obediunt Euangelio. Estquetalis ignorantia in adultis quidem poena peccatorum, tum originalis tum actualium: in paruus vero est poena peccati originalis. Atque idem Augustinus de Ciuitate Dei lib 21 cap.14. quomodo ignorantia siue insipientia sit in paruulis poena eleganter declarat. Similiter epist. 14o. ad Sixtum presbyterum. Itaque
- 1920 nulla est tam barbara natio, nulli homines tam imperiti rerum, qui ignorantiam possint praetexere, quod Deum non rite colant. Lex et Euangelium sunt doctrinae vniuersales ab initio inde propositae generi humano: Deinde ab Apostolis per vniuersum orbem diuulgatae: Psal. i9.ad Rom.1o. Vtfieri non possit, quin vbique aliquid de utroque genere doctrinae sit auditum perceptumque .
- 1925 Omnium vero minimem excusari possunt ignorantiae praetextu, qui annumerantur Christianis. Frustra causantur quidam sufficere ad salutem fidem implicitam, hoc est, vt profiteantur, se ita credere, quemadmodum credit ecclesia, nec ipsi interim persese possunt fidei suae vllam reddere rationem. Frustra praetexunt simplicitatem vel rusticitatem. Nemo tam rudis est, qui non possit in ecclesla Deisaltē prae cipua capita legee

mg Res scitu ne estrreo non necesse rie. | *mg* Ignorantia trassa et su pina. | *mg* ignorantie probabilis | *mg* Ipercr affectata | *mg* Bpere supina dam nata | *mg* lrpαt adultispoenpeccatorum actualium: Il Q0 peue en endis. | *mg* Fides implicita uana et inutilis ad salutem |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

- 1930 et Euangelii, siue fidei et charitatis addiscere. Sicut artificium vel alias res agendas:ita religionem et res credendas facile assequi quilibet Christianus, si velit, potest. Ac generale illud praeceptum 1.Petri 4. sint parati ad respondendum cuilibet petenti, et loquamini de ea, quae in vobis est spe, cum mansuetudine et reuerentia, conscientiam habentes bonam.

[p.42]

1935 Quod ad alteram speciem ignorantiae attinet, qualem diximus in Cornelio et Bunucho
 fuisse, certum est, et haec ipsa, si non remouetur, damnationis causam coram Deo adfert.
 Sicut namque omnes intelligimus insigne esse opus misericordiae Dei, si quado dignatur
 Deus talem ignorantiam tollere, missis videlicet doctoribus, qui imperitos doceant, vel
 aliis accommodis remediis adhibitis: Ita per contrarium iudicium atque iustitia Dei in eo
 elucet, quando in ignorantia, eorum, quae ad salutem sunt necessaria, haerere aliquos
 1940 permittit. Neque enim Deus obstrictus est, vt quomodo vel quando homines putant aut
 cupiunt, ex tenebris eos eripiat lucemque accendat in ipsorum cordibus. Quamobrem
 inter poenas peccatorum antecedentium, iudice Augustino epist. 105. haec ignorantia
 non abs re numeratur. Huc pertinet, quod Lycaones Act. 14. quamuis gustum aliquem
 cepissent Euangelii, et Apostolos admirarentur, ac cuperent honore persequi, non tamen
 1945 dignatus est Deus pleniori cognitione eos illustrare: sed Apostoli ab illis discesserunt,
 relictiquesunt in ignoratione quanta et quam diu Deo placuit. Nos annunciamus, inquit
 Apostoli, vt ab istis vanis conuertamini ad Deum viuum, qui secit coelum et terram et
 mare, et omnia quae in eis sunt, qui in praeteritis aetatibus sinebat omnes gentes ingredi
 viis suis, quanquam non expertem testimonii seipsum esse sinebat, dum beneficia confert,
 1950 de coelo nobis dans pluuias ac tempora fructifera. Sunt item Apostoli interdum prohibiti,
 ne quibusdam veritatem patefacerent.

Quod insuper puniatur haec ignorantia, et sit ipsa partim poena peccatorum, partim
 etiam per sese culpa quaedam, manifestum est, tum quia omnis ignorantia eorum, quae ad
 salutem sunt necessaria, in vitio est, et peccandi adfert causam: tum quia regula generalis
 1955 a Christo descripta est de ignorantia punienda: etiamsi quandam mitius, quandam vero
 seuerius puniri verosimile est. Sic autem Christus Luc. 12. ait, Seruum qui cognouit
 voluntatem Domini, et non se praeparauit, nec fecit secundum voluntatem eius, plagis
 vapulabit multis. Qui autem non cognouit, et fecit digna plagis, vapulabit paucis

Tertiaspecies ignorantia affectata maxime vitiosa est, et grauissime a Deo punitur
 1960 Vnde sepe contra ea in Scripturis verba fiunt. Omnibus temporibus inuenti sunt permul-
 ti homines improbi, qui veritatem ac voluntatem Dei addiscere cum potuissent, noluerunt
 Sed haec quoque apte distinguitur. Quaedam enim prouenit ex errore seu falsa persua-
 sione, cum videlicet quis arbitratu doctrinam, quam semel hausit, esse omnino veram
 ac certam: quam vero audit ab aliis pro veritate proponi et commendari, falsam esse
 1965 existimat. Etsi vero haec ignorantia subinde pariat alia grauissima peccata in hominibus
 nempe vt resistere audeant Spiritui sancto blasphemant, pios persequantur, et violen-
 tiam in hos exercent: quia tamen non nisi ad tempus durat, atque doctrinam sanam illi
 tandem recipiunt, aguntque poenitentiam, Deus ipsorum miseretur, et concedit veniam.
 Comprobantur haec pluribus Scripturae locis. Christus Iohan. 16. Alienos a Synagoga
 1970 facient vos: Et veniet tempus, vt quisquis interficiat vos, uideatur cultum praestare Deo.
 Et haec facient uobis, quia non nouerunt patrem neque me. Petrus Actor. 3. Vos sanctum
 et iustum negastis, et postulastis, ut uirum homicidam donaret uobis, autorem uero uitae
 interfecistis. Et paulo post: Et nunc fratres, scio, quod per ignorantiam fecistis, sicut
 et principes populi uestri: Poeniteat igitur uos erroris, et conuertimini, ut deleantur
 1975 peccata uestra. I. ad Timoth. 1. Qui prius eram blasphemus, et persecutor, et uiolentus:
 sed misericordiam adeptus sum, quod ignorans fecerim per incredulitatem.

Quaedam porro ignorantia affectata habet adiunctam malitiam et obdurationem,
 quando nimirum, cum saepius audierint doctrinam sanam elare atque euidenter explicari,
 sic insuper eam percipiunt ut negare non possint solidam ac salutarem existere: pergunt

1980 nihilominus scientes ac uolentes ueritatem agnitam modis omnibus oppugnare. Talem proinde ignorantiam, si manere contigerit, nulla unqua subsequente poe

_____ *mg* ignorantia et causa peccatorum, et Cce ce sese. | *mg* ignorantia affectata gra - uiter a Deo punitur. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.43]

nitentia, decet pro peccato grauissimo reputare. Erumpit namque in blasphemiam contra Spiritum sanctum, quam Christus Matthaei i2. irremissibilem pronunciat. Sic Pharaos, cum nollet audire Mosen, permansit in diuinae voluntatis ignoratione. excaecatus est, et obduratus, poenitentiam non egit, ideoque exitio aeterno destinatus est. Exod. 14. Et de Iudaeis agnitam ueritatem contemnentibus et a Deo reiectis plura occurrunt passim testimonia. Ierem.4. Stultus est populus meus, et me non cognouerunt filii insipientes, et non intelligentes sunt: sapientes quidem sunt ad male faciendum sed bene facere nescierunt. Vbi mox plura subiiciuntur de eorum perpetua intereptione. Psalm. 81. Populus meus non audiuit uocem meam, neque Israel acquieuit mihi. Dimisi igitur eum in grauitate cordis sui, et ambulauit in consiliis suis. Ad Roman. 1o. Zelum Dei habent, sed non ex cognitione. Nam ignorantes Dei iustitiam et propriam iustitiam quaerentes constituere, iustitiae Dei non fuerunt subditi. Tandem eo rem deducit Apostolus, ut demonstret ex prophetarum oraculis, Iudaeos propter obstinatam ignorantiam et pernicitiam reprobatos a Deo et excisos.

1990 Porro admonendi sunt pii, ut caute circumspecteque agant in omnibus, ac diligenter prouideant, ne propter ignorantiam mandatorum Dei, uel etiam constitutio. num humanarum, praesertim quae uerbo Dei nituntur, atque ob aequitatem merito commendantur, in uerbis aut factis, adde etiam in causis aut circumstantiis siue praecedentibus siue comitantibus, siue adiunctis in negotiis delinquant, aut etiam offendiculum praebeant reliquis. Siquidem late ignorantiae malum patet, et cum minime credimus nos, omni aetate, quouis tempore, per ignorantiam tam nostram, quam alienam, in peccata prolabimur. Frequenter succurrat nobis apostolica admonitio ad Ephes. 5. Ne sitis imprudentes, sed intelligentes quae sit uoluntas Dei. Quin etiam crebro debemus Deum precari, ut ignorantiam nostram, et quae per hanc admiserimus, nobis condonet. Non enim de nihilo est, quod Deus in lege praecipit, ignorantiae peccata debere sacrificiis expiari.

2000 Quia uero perdifficile esset, regulis complecti modos omnes, quibus per ignorantiam peccatur, aut ubi excusatio a peccato inueniatur: ideo consultum est, quotiescunque scrupus oboritur, uel proponitur quaestio, ad exempla, quae in Scripturis passim occurrunt, confugere atque ex illis certum petere iudicium. Psalm.25. postulat propheta remitti sibi peccata, quae in adolescentia (nam haec ignorantiae morbo plurimum obnoxia est) perpetrarat: Peccatorum adolescentiae meae atque scelerum meorum ne recorderis. Genes.19. Loth ebrius tanta obruitur ignorantia, ut cum propriis filiabus committat incestum. Verum ignorantiam hanc cum uultu sua culpa sibi ipse accersierit, (debuerat namque sibi cauere ab ebrietate, quae peccandi frequentissime subministrat materiam) excusari nequaquam potest. Genes.12. Pharaos grauiter punitur ob Saram inductam in domum suam, quam tamen uxorem Abrahami fuisse ignorarat: Debuerat nimirum diligentius prius omnia explorasse. Genes.2o. rex Abimelech a Deo praemonetur in somnis,

ne cum eadem Sara per ignorantiam designet adulterium. 1.ad Corinth. 8. acio. Si pius
 2020 his, quae immolata fuerunt idolis, uescitur, ignorans tamen fuisse immolata, absoluitur
 a crimine. Si autem postea resciscit oblata fuisse, atque tunc uel propria uel alterius
 conscientia infirma laeditur, culpa non uacat. Actor.23. Paulus durius respondet pontifici,
 uocat parietem dealbatum: admonitus autem non debere maledicere pontifici, excusat se,
 2025 dicens, se ignorasse, quod Pontifex esset. Sed quis enumeret exempla eius modi omnia?
 Interest ergo uniuscuiusque pii diligenter causas et circumstantias omnes in eiusmodi
 exemplis perscrutari. Quod si deinde libeat nostra facta cum factis, quae expressa sunt
 sacris literis, conferre ac singula accurate expendere, promptum erit, ubi peccetur, uel
 ubi excusatio locum habeat, definire. Hactenus de prima parte doctrinae Christianae,
 nempe de lege. Plura quidem potuissent de lege, de eius partibus, de abrogatione legis, in
 2030 medium proferri, sed arbitramur, nos, quae ad explicandam mentem Apostoli sufficiunt,
 dixisse.

mg Exod.5.7 | *mg* Confulende sunt exen pla Sorpe2 |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

[p.44]

Exuberavit autem supra modum gratia:

Sequitur altera pars doctrinae Christianae, quae est de Euangelio: ac paribreuiter te,
 qua pars praecedens, excutitur. Cur uero doctrinam Euangelii explanari oporteat post
 doctrinam legis, supra exposuimus, minimeque opus est repeti. Nullo autem exordio,
 2035 nulla transitionis forma apposita, statim aggreditur Euangelii negotium. Ac separari haec
 uerba debere ab antecedentibus, nouamque partem hic institui, ex eo patet, quod proxime
 tractauit exemplum de sua persona priuatim: quae uero nunc sequuntur, doctrinam
 continent generalem, atque accipi ut uniuersaliter dicta de nouo loco communi conuenit.
 Item sicut praecedentia omnia accommodata fuerunt ad demonstrandum usum legis: ita
 2040 hic sine inuolucris proponuntur quae propria sunt Euangelii: Ac paulon post Apostolus
 iterum quaedam de sua persona annectet, ad usum Euangelii aperiendum idonea. Breuiter,
 nihil ex praecedentibus ad ista respicit, nisi quod narrando se adeptum misericordiam,
 uiam utcumque strauit ad hunc de Euangelio locum. Diserte uero hic agere Apostolum
 de natura Euangelii, perspicuum fit non una ratione.

2045 Primo exuberans gratia Domini nostri, de qua hic instituitur sermo, Legi in Scripturis
 opponitur. Iohann.1.de plenitudine eius nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia:
 quia lex per Mosen data est, gratia et ueritas per Iesum Christum exorta est Ad Roman.6.
 Non estis sub lege, sed sub gratia. Ad Galat.5. Quicumque per legem iustificamini, a
 gratia excidistis. Ergo Apostolo placet summam doctrinae Christianae hac methodo
 2050 tradere, ut postquam absoluit sermonem de lege, pergat nunc dicere de Euangelio legi
 opposito.

Semcundon, gratia est ueluti subiectum Euangelii, ita ut ubicumque de gratia Der
 aliqua occurrunt, ibi commendari negotium Euangelii omnes interpretentur. Vnde Apos-
 tolus ad presbyteros Ephesios uerba faciens Actor.20. Euangelium appellat Euangelium
 2055 gratiae: ut consummem, inquit, cursum meum cum gaudio, et misterium, quod ac-

cepi a Domino Iesu, ad testificandum Euangelium gratiae Dei. Ad Ephes.2. Audistis dispensationem gratiae Dei, quae data est mihi in uos, etc. Atque hinc fit, quod Apostoli passim in suis scriptis primo et ultimo loco gratiam inculcant. In prophetarum autem sermonibus, imo in toto ueteri testamento talis loquendi ratio non obseruatur.

2060 Tertio, in his uerbis Apostoli cum primis elegans et foecunda continetur Euangelii definitio seu descriptio, quod mox plenius ostendemus. Itaque nouam hic instituam partem de doctrina Euangelii, ex his liquido constat. Proinde ad uerba Apostoli ueniamus.

Exuberavit autem.

2065 Continetur his uerbis luculenta Euangelii definitio, quam hoc pacto crassius licet exprimere. Euangelium est doctrina laetum proponens nuncium de gratia et remissione peccatorum gratis et abundanter in nomine Iesu Christi a Deo oblata omnibus hominibus, quorum interest deinceps in uera fide ac dilectione pie sancteque ad Dei et Iesu Christi gloriam uiuere. Estque definitio illa Apostoli uehementer commendanda. Primo, quia breuissima est: siquidem in definitionibus breuitas probatur. Secundo, quia maxime propria est. Nihil enim aliud continet, quam quod spectari in primis in Euangelii natura debet. 2070 Nonnulli definiunt Euangelium esse doctrinam de poenitentia et remissione peccatorum. Neque id quidem incommode, uerum non satis proprie de Euangelio loquuntur, sed magis de doctrina uniuersa, quam Christus proponi in ecclesia mandauit, quae legem pariter cum Euangelio complectitur. Etenim praedicatione legis excitantur homines ad poenitentiam: quandoquidem lex adfert peccatorum cognitionem: Comminationes autem legis incutiunt dolorem ob peccata. Sed quando haec duo, cognitio, inquam, 2075 peccatorum et dolor ob peccata locum habent etiam in impiis, et non semper ubi sunt duo sunt, peccatore

mg t. Pars doctrinae Christianae est de Euangelio. | *mg* l. Gratia exuberans opponitur le. *. | *mg* 2. Gratia ubi est. Actor. 20. Euangelium gratiae. Dispensatio prae Deo | *mg* 1. Euangelii definitio hic traditur. | *mg* Euangelium quia | *mg* Definitio Euangelii propria. Euangelii definitio impropria. | *mg* Cognitio peccatorum et dolor ob peccata non sunt propria Euangelii. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

remissio sequitur: ideo non sunt propria Euangelii, quod simpliciter agit de gratia et peccatorum condonatione. Tertio, commendatur haec definitio, quia congesta est ex Euangelii effectis, sicut supra quoque disseruit de usu et quibusdam effectis legis. 2080 Estque hoc genus definitionum in Theologia uisitatissimum, ac frequenter cogimur de Deo, de eius uoluntate iudicium colligere a posteriori et effectis ac signis. Aptissime autem huiusmodi definitiones uerum cuiuscunque doctrinae Spiritualis usum explanant et augent in conscientia experientiam, ut maiori iudicio assuescant in rebus diuinis et spiritualibus omnia considerare: Sine qua experientia et sedula obseruatione nemo serio in theologia rebusque, ad salutem pertinentibus proficit. Sic porro distributa sunt 2085 membra in hac definitione Euangelii, ut in priori parte statuatur consideranda effecta in Deo, siue ex parte Dei, ut modus et causa efficiens iustificationis et quae salutis humanae,

[p.45]

siquidem hanc constat solius Dei gratia perfici.

2090 Exuberavit, inquit supra modum gratia Domini nostri. In posteriori autem parte
subiiciuntur effecta consideranda in hominibus, qui gratiae Dei participes facti fuerint:
quando ait, cum fide et dilectione, quae est per Christum Iesum. Etenim in iustificatis
fides et dilectio coniunctim elucere perpetuo debent, quae ipsa sunt Dei dona ac gra-
2095 tiae Dei praeclara effecta. Ac notandus est hicordo, quo primo generatim vt origo et
fons omnis boni commendatur gratia Dei. Secundo, fides, quae etiam requiritur ante
iustificationem: quanquam et ipsa tunc Dei donum est, Ephes.2. et sequi iustifica-
tionem debet. Tertio, Dilectio, quae est tanquam regula ac norma bonorum operum,
quae a fide producuntur. Ad Galath.5. Haec vero simul omnia inuicem coniunguntur
et cohaerent, vt mutuo sese ponere quodammodo videantur. Si qui uere adepti sunt
2100 gratiam Dei seu remissionem peccatorum, ac sunt iustificati, hi quoque veros Euangelii
fructus ac dignos gratia Dei, fidem, inquam, et dilectionem producent: Et in quibus
fides est et dilectio, in iis gratiam Dei et prius esse operatam, et adhuc operari necesse
est. Gratia hoc loco significat misericordiam, qua Deus gratis remittit peccata propter
meritum Iesu Christi, qui morte sua pro peccatis nostris satisfecit. Sic autem in negotio
2105 iustificationis ac salutis nostrae considerari gratia in Deo et ex parte Dei debet: vt ex
parte nostra neque opera, quantumlibet legi diuinae consentanea, neque merita locum
habeant. Huc pertinent hi loci: Ad Roman.3. Iustificamur autem gratis per illius gratiam,
et quae sequuntur: Quod si per gratiam, non iam ex operibus. Ad Galat.5. Quicumque
per legem iustificamini, a gratia excidistis. Ad Tit.3. Postquam bonitas et erga homines
2110 amor apparuit seruatoris nostri Dei: Non ex operibus iustis quae fecerimus nos, sed
ex sua misericordia seruauit nos, etc. His locis clarem et per plures circumstantias in
negotio salutis nostrae considerandas, explanatur, quid praesenti loco Apostolus nomine
gratiae velit intelligi.

Exuberavit, περιεπλεόνασι.) Elegans compositio ad significandum insignem,
2115 admirabilem, et superabundantem gratiam. Atque hoc loco mirifice amplificatur Dei
gratia, quae Amplificatio alibi tribus potissimum ex causis colligitur atque illustrat. 1.
Quod per sese amplissima sit in ipso Deo. Ad Ephes.1. dicitur, quod in Deo sint diuitiae
gratiae. Et Deus pater 2. ad Corinth.1. pater misericordiarum appellatur. De filio autem
Iohan.1. Conspeximus gloriam eius gloriam uelut unigeniti a patre, plenus gratiae et
2120 ueritatis.

2. Quod Deus largissime impendat suam gratiam hominibus eandemque semper au-
geat. ad Ephes.1. Per quem habemus remissionem peccatorum iuxta diuitias gratiae suae,
de qua ubertim impartiuit nobis in omni Sapientia ac prudentia. Iohan.1. De plenitudine
eius nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia. 1. Petri 1. Perfecte sperate in eam,
2125 quae ad uos defertur, gratiam, dum patefiat Iesus Christus.

3. Amplificatur gratia Dei, quando confertur hominibus, qui ob peccata aeternae
damnationis omnes rei sunt. ad Roman.5. Si per unius delictum mors regnauit per unum,
multo magis ii qui exuberantiam gratiae et doni iustitiae accipiunt, per uitam

mg Definitio a effectis. | *mg* Fides et dilectio doni Dei in sanctis. | *mg* Dilectio et regula bonorum operum quae ex fide manant. | *mg* Gratia Dei fidem et dilectionem hominibus praebet. | *mg* Gratia et misericordiam idem aduersus. | *mg* misericordiam in negotio iustificationis gratia | *mg* Dei non ad mittit meritum

hominum | *mg* Amplificatio gratiae Dei | *mg* 11. Gratia ii Deompii simal | *mg* 2. Deus lar giter suam
il credentes e fundit gratiam. | *mg* 2Grdliabe iis, qui dan nationis rel sunt, confe ur. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

[p.46]

2130 Lauberaust gratia. Tluiumour ignur Ampiiicanones gratiae Der notantur abApostolo,
dicente uno uerbo, quod gratia Domini nostri super modum exuberarit.

Proinde obseruanda nobis est haec methodus, qua, cum agitur de negocio Euangelii
et Salutis nostrae, initium fit ab exuberante Domini nostri gratia, imo et finis in eadem
fieri debet. Hanc methodum par est nos quoque in docendo sequamur. Atque omni
studio retinendum praedicandumqueest in ecclesiis dogma, quod gratia Deisit non modo
2135 iustificationis nostrae, uerum etiam electionis, uocationis, et glorificationis fundamentum
ac causa efficiens. Vult namque Deus hac ratione suam celebrari bonitatem, gloriam et
potentiam. Ad Roman.3. Ad Ephes. 1. Nec ferendi funt qui tanquam contemptores et
hostes gratiae Dei plus iusto deferunt hummis uiribus, operibus et meritis, siue iudaeisint,
propriam quaerentes statuere iustitiam, ad Roman. 9. Siue pelagiani, siue quocunque
2140 alio appellati nomine. Pii interea agnoscant, se plurimum Deo debere pro accepris
beneficiis, in primis spiritualibus, ideoque agant indesinenter gratias, atque omnibus
modis bonitatem Dei celebrent. Verum in hoc incumbet praecipue, ut fructus gratiae Dei
respondentes, hoc est, actiones ueris Christianis dignas per omnem uitam proferant: ne,
quemadmodum 2. ad Corinthios on. dicitur, gratiam Dei frustra recepisse existimentur:
2145 quinpotius cunctis uidentibus conuersionem nostram subministremus occasionem glo
rificandi coelestem patrem. Matth.5. 1.Petri 2. Assuescamus insuper in tentationibus, in
pauoribus conscientiae, denique in quibuscunque perieulis, consolationum materiam
colligere ex gratiae Dei exuberantis consideratione.

Iam ad secundam partem definitionis, de fide, inquam, ac dilectione, quae ex parte
2150 ipsius hominis considerari in negocio salutis debet. Oritur primo loco fides, quando
quidem hanc Deus ante alia quaecunque in homine requirit: ad Hebr.11. Sine fide fieri
non potest, ut quis Deo placeat. Nam qui accedit ad Deum, hunc credere oportet esse
Deum, et esse remuneratorem quaerentibus se. Significat autem hoc loco fides non sidem
ciuilem, quam detinuit philosophi ac iuriconsulti dictorum factorumque constantiam:
2155 non item fidem, qua eduntur miracula, cuius fit memlo1. Corinth. 13. neque fidem
historicam, qua uidelicet credit quispiam simplicitate uera esse, quae de Deo, uel a Deo
facta referuntur: qualem Iacobus ait inueniri etiam in Daemonibus: Iacobus 2. Sed fir
mam certamque cognitionem innixam diuinis promissionibus de gratia seu misericordia
nobis impendenda propter Christum. Quae descriptio uariis Scripturae locis explicatur:
2160 ad Hebrae.11. Fides est earum rerum, quae sperantur, substantia, argumentum eorum,
quae non uidentur. Ad Romanos 4. Qui praeterspem sub spe credidit. Niri autem fidem
promissionibus de misericordia a Deo factis, liquet ad Romanos 4. Idcirco ex fide datur
haereditas, ut siu per gratiam, ut firma sit pmissio uniuerso semini Rursus de Abrahamo:
Ac minime imbecillis fide, non considerauit suum ipsius corpus iam emortuum, cum
2165 centum circiter natus esset annos, nec emortuam uuluam Sarae: Verum ad promissionem
Dei non haesitabat ob incredulitatem, sed robustus factus est fide, tribuens gloriam Deo,
certa persuasionem concepta, quod is qui promiserat, idem potens esset etiam praestare.
Quapropter etiam imputatum est illi ad iustitiam. Et promissam gratiam conferre propter

semen benedictum, uidelicet Iesum Christum, crebro explicatur. Ad Galat.3. Vt in gentes
 2170 benedictio Abrahae ueniret per Christum Iesum, ut promissionem spiritus acciperemus
 per fidem. Item, Porro Abrahae dictae sunt promissiones et semini eius. Non dicit, Et
 Seminibus, tanquam de multis, sed tanquam de uno: Et in semine tuo, qui est Christus.
 Nascitur uero huiusmodi fides, simul, quando auditur Dei uerbum, simul quando Spiritus
 Sanctus eum informat in cordibus Ad Roman.10. Fides est ex auditu, auditus autem per
 2175 uerbum Dei. Actor.1e. Audientes autem gentes gauisae sunt, et glorificabant sermonem
 Domini, et crediderunt. Thessal. 3. Non omnium est fides, sed fidelis est Dominus, qui stabiliet uos. Ad Philippenses 1. Vobis
 donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, uerum etiam ut pro illo patiamini

mg Gratia Dei fundamentum et caussac. ficiens est iustificationis, electionis, uocationis et glorificationis.
 Pelagianorie et Iudaeorum error. | *mg* 4 Parsdefinitionis: de fide et dilectione quae in homine, qui iustificatus
 Flee Pesse Fides politica. Fides miraculosa. Fides historica. Fides usus cans. perces dei ex epist. ad Hebr.
 capne Rom.4. | *mg* Gratia pro his conferre propter Christum se habent benedicti, Eue Fides ex uerbo Iegere mpa. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.47]

Ergo licet in homine spectanda est fides, ut tamen solus Dei dono contingere, non parari
 2180 studio uel industria humana intelligamus. Simulata et hypocritarum est fides, quae a Deo
 non inditur. Debet porro haec inuicta ac certa fides in hac breuitate uerborum dupliciter
 considerari.

Primo, ut necessaria est ante iustificationem: quandoquidem fide absque operibus
 homo iustificatur. Ad Roman.3. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes et super
 2185 omnes qui credunt. Non enim est distinctio: omnes enim peccauerunt ac destituuntur
 gloria Dei: iustificantur autem gratis per illius gratiam, per redemptionem quae est
 in Christo Iesu, quem proposuit Deus reconciliatorem per fidem, interueniente ipsius
 sanguine, ad ostensionem iustitiae suae propter remissionem peccatorum.
 Ibidem. Arbitramur fide iustificari hominem absque operibus legis. Ad Galatas 2.
 2190 Scimus non iustificari hominem ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: et nos in
 Iesum Christum credidimus, ut iustificemur ex fide Christi, et non ex operibus legis.
 Ad Ephes.2. Gratia estis seruati per fidem, idque non ex uobis, Dei donum est, non ex
 operibus, ne quis gloriatur. Etenim in negocio iustificationis fides sola, quemadmodum
 Sancti Patres loqui solent, locum habet.

Secundo, ut elucere debet adiuncta ei dilectio, proueniuntque ex fide bona opera secundum
 2195 Secundum, debet considerari fides, ut necessaria est etiam a iustificatione, quo tenet
 dilectionis regulam facta: qui enim iustificatus est, fidem non abiicit, neque in ipso minuitur,
 sed potius per Spiritum sanctum in iustificatione acceptum augetur, ideoque studet per
 dilectionem bonis operibus abundare. Ad Galat.5. Nos spiritu ex fide spem iustitiae
 2200 expectamus. Nam in Christo Iesu neque circumcisio quicquam ualet, neque praepitium,
 sed fides per dilectionem operans. ad Ephes.3. Det uobis iuxta diuitias gloriae suae, » ut
 fortitudine corroboremini per spiritum suum in internum hominem, ut inhabitet Christus
 per fidem in cordibus uestris, in charitate actus radicibus. ad Colos.1. Reconciliauit
 uos cor pro carne suae per mortem, ut exhiberet uos sanctos et irreprehensibiles et

2205 inculpato in conpectu suo : Siquidem permanetis in fide fundati ac stabiles, nec dimouemini a spe Euangelii quod audiistis. Iacobus 2. fides absque operibus mortua est. Ita namque ubi aliqui fi de absque operibus fuerint semel iustificati, in his necesse est post iustificationem fructus fidei, qui potissimum consistunt in operibus charitatis, perpetuò elucere. Etenim omnes loci scripturarum, qui de fide ac dilectione, uel de

2210 fide et operibus coniunctim loquunt, ad eos intelliguntur pertinere, qui iam sunt fide iustificati, quemadmodum non obscure docet Augustinus liber de fide et operibus.

Quae est per Christum Iesum.) Addunt haec uerba ad discernendam ueram fidem ueramque dilectione a salsa, simulata et hypocritica: Notum namque est utramque ab hypocritis iactari uerbis, nonnunquam etiam specie quadam externa ostentari. Verum

2215 quando Deo, qui serutat corda, non probant, inanes et emortuae plane sunt. Matth.7. Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum coelorum. Et paulo ante dictum est de Charitate ex puro corde, et conscientia bona, et fide non simulata, prodeunte. Caeterum tribus de causis dicunt, tam fides, quam dilectio esse in Christo siue per Christum. Primo, si spectant earum causa efficiens atque origo, oportet uni Christo

2220 accepta feramus. Fides enim Dei donum est, et propter Christum donat, ut paulo ante ostendimus. Vera dilectio ebullit ex fide, et accendit in cordibus per Spiritum S. qui datur in iustificatione. Secundo fides et dilectio in Christo sunt, ratione causae formalis, siue propter modum quo exercentur: In ueris Christianis multo aliter sese exerunt fructus utriusque uirtutis, quam in hypocritis et gentilibus: semper spirant in illis aliquid eximium

2225 et singulare, quod in aliis minimè apprehenditur. Hinc Christus distinguit iustitiam Christianorum a iustitia Pharisaeorum et scribarum: Matth. 5. Et Petrus in priori Epistola varias colligit circumstantias, ex quibus discrimen notari uult inter actiones hominis Christiani et non Christiani. Capite secundo iubet propter Dominum, propter uoluntatem Dei, propter conscientiam Dei, tanquam seruos Dei, secundum gratiam Dei,

2230 pro gratia apud Deum beneagere. Capite tertio: Sanctificate, inquit, Deum in cordibus uestris: Sitis autem parati semper ad respondendum cuiuslibet petenti, ut loquamini de

mg rides ex d qo pecco. tingil | *mg* 1. Fides ne cessara es ait iaitr cationem | *mg* 2. Fides necessaria est post iustificationem. | *mg* Fidei fruct' in iustificatis debent elucere. | *mg* Discrimen uerae et fa se fidei. | *mg* Quomodo fides et dilectio sit per Christum, | *mg* Cuiusmodi fas L aQ ne.** Chr. sto. tgens | *mg* 4. Christus est, propter quem fides donatur a Deo. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

ea, quae in uobis elatae sunt, spe, cum mansuetudine et reuerentia, conscientiam habentes bonam, ut in hoc quod uobis detrahunt tanquam scelerosis, pudeant hi, qui incessunt uestram bonam in Christo conuersationem. Item: bona conscientia bene respondeat

2235 apud Deum. Capite quarto, charitatem credentium uult esse uehementem et eximiam, uult unumquemque agere secundum dona accepta a Deo, uult eum, qui loquitur, loqui, ut eloquia Dei: uult eum, qui ministrat, ministrare tanquam ex uirtute, quam suppeditat Deus, idque, ut in omnibus glorificetur Deus per Iesum Christum.

Tertio, sunt fides et dilectio in Christo, ratione causae finalis: Semper namque intenti tae sunt ad celebrandam apud omnes, etiam hostes, gloriam Dei. I. ad Corinth. 10.

2240

[p.48]

Omnia in gloriam Dei facite. Arque operibus bonis vacare nos oportet, vt glorificetur Deus: Marth. 5. ad Philip.L.1. Petri 4. Ac sancti Patres diligentes fuerunt in demonstrando discrimine inter virtutes bonasque actiones Christianorum et virtutes gentilium et quorumcunque incredulorum. Vide Tertulian. Apolog. capite 25. Origenem contra
 2245 Celsum, Augustinum contra Iulianum libro quarto: libro de ciuitate Dei 19. capite 25. Dignum autem est obseruatu, quod Apostolus tam paucis summam doctrinae Euangelii expressit. Suntque hi loci, in quibus breuiter comprehenduntur capita vniuersae doctrinae Christianae, tam de lege quam de Euangelio, notandi ac seligendi. Nam saepe occurrunt
 2250 in nouo testamento, frequentissime vero in Paulinis Epistolis. Studiosi adolescentes excerptos in libellis, in chartis, slue tabulis ac parietibus merito saepius describerent: Imo publice in ecclesiis in loco digniori deberent exarari. Aequum autem est, assidue inculcari in ecclesiis doctrinam de iustificatione per fidem absque operibus, cum gloriam Dei vehementer commendat, et ad illustrandam illius bonitatem ac potentiam, rursusque ad detegendam nostram infirmitatem, indignitatem, et bonorum operum, momentum magnum magnum adferat: Idcirco etiam paulo post gloria Dei immortalis et inuisibilis ab
 2255 Apostolo praedicatur. Consimile est iudicium de fide ac dilectione, bonisque operibus, quae requiruntur coniuncta in iustificatis. Atque interest piorum seipsos imò et alios perpetuo excitare, vt bonis operibus intenti sint, atque ita suam fidem ac iustificationem, dehinc fidem cum charitate a iustificatione declarent. Viua, efficax, et operans esse debet
 2260 fides per fructus charitatis.

Certus sermo et dignus quem modis omnibus amplectamur :) Priusquam absoluat summam doctrinae Euangelii, interponit auctoritate apostolica et magno affectu paucaverba, quae certitudinem ac dignitatem eiusdem doctrinae mirifice commendant. Adduntur autem quadam praeoccupatione. Nam cum Apostolus in tanta breuitate nullas admisceat probationes ex scripturis, facile aliquis reiiceret omnia, et causaretur
 2265 scripturarum testimonia deesse. Verùm Apostolo, et quidem scribens tibi ad Timotheum istarum rerum iam egregie peritum, satis est hoc pacto duobus verbis, Euangelii cum certitudinem tum excellentiam asserere. Quo pacto iterum praesentis Epistolae cap33. et 2.ad Timoth2.ad Titum3. eadem asseuerationis formula vtitur, nec puto alibi eum id
 2270 facere. Etiam si protinus subiiciet probationem admodum efficacem, sumptam videlicet ab experientia siue de exemplo suae personae. Latenter tamen suggerit Apostolus his paucis verbis non Timotheo modo, verum etiam cuicumque Christiano recordationem omnium locorum, quibus haec doctrina de Euangelio in scripturis comprobatur. Nam ad scripturas potissimum remittit auditores: Et qui agnoscunt conceduntque Christianis
 2275 doctrinae suae principia, hoc est, sacram scripturam, sufficit huiusmodi asseueratio per Apostolum facta. Sciunt namque de scripturis aperta haberi omnium dogmatum firmamenta. Si qui autem principia scripturarum Christianis non concedunt, his nullae rationes sufficient neque conuenient cum eis disputare. Non est autem operae pretium, hic per nos repeti locos seri, pturae, quibus doctrina de gratia, fide, et dilectione per
 2280 Iesum Christum, item Christi aduentu in carne, vt peccatores saluos feceret, confirmat Si quide ab initio mundi promissaio:

mg 3. Causa finalis fidei et dilectionis in Christo gloria Dei. | *mg* Praeoccupatio. | *mg* Doctrinae Christianae principia ex scriptura sacra deriuanda. |

N L. EPIST. D. PAVLI

[p.49]

nes de gratia et de Christo gratiae autore mittendo ad Adamum, deinde ad Patriarchas, postea ad prophetas et Daudem factae sunt. De hac re oracula, uaticinia, conciones diuersas prophetae ediderunt. Hanc rem praefigurarunt multae Sanctorum patrum
 2285 in ueteri testamento actiones, huius rei umbrae et uypi in sacrificiis et plurimis ceremoniis legalibus uisebantur. Recte ergo dici potest, quod hic sermo, haec doctrina Euangelica certa sit. Acuide optimum ordinem seruatum in uerbis Apostoli. Prius dicit, sermonem esse certum, postea addit, dignum omni commendatione. Expriore sequitur posterius, iusta forma Enthymematis. Nam illa demum doctrina commendari meretur, quae solida
 2290 accerta est

Discimus autem hinc in docendi methodo conducere nonnunquam, ut tractationi dogmatum interseramus breues aliquas asseuerationes, non tam ad confirmandos, quam excitandos auditorum animos. Conuenit hoc interdum eorum intelligentiae uelnegligentiae, quos docendos suscipimus. Quanquam prudenter dispicere oportet, quando
 2295 huiusmodi utisorma expediat. Neque enim eam decet adhibere passim, sed tùm cùm exposita est alias satis diffuse eadem doctrina, ut non necesse sit, probaticnes taediose repeti: uel auditoribus, quandoquidem in sacrarum literarum lectione exercitati sunt, iam ante nota esse potest: uel tania est eius, qui docet, autoritas, et de doctrina ipsius opinio, ut etiam sua non probanti ex sacris literis fides habeatur. Interea uerò auditores pii
 2300 asseuerationes eiusmodi tempestiuè adhibitas benigne accipient, doctrinam propositam altius infigent memoriae, et pro certa indubitataque eam retinebunt. Nec difficile est iudicare, qui nam doceant cum uirtute et tanquam autoritatem habentes. Aut si quit scrupulus reliquus est, conferemus ipsi locos scripturarum, exempla patrum, tantis per
 2305 dum nobis de doctriinae certitudine constiterit, nisi malimus doctiores consulere. Est uero haec magna laus doctriinae Christianae, quod certa sibi que constans ubique sit. Longe aliter schola Christiana, quam Academia illa Socratica, quae in hoc laborans ut aliena refellat dicta, et probabilia tantùm aliquo usque defendens, nihil definit, sed iudicium omne relinquit auditori. Schola Christiana proponit quae certa sunt, atque ab omni dubitatione procul remota. Certa autem sunt, quia diuinitus reuelata sunt, et eruditos
 2310 nos possunt reddere ad salutem 2. ad Timotheum 2.2. Petri 1. Aequissimum igitur est confirmemus animos, ut eam doctrinam constanter retineamus, neque ullis disputationibus, contentionibus, offendiculis, temtationibus, persecutionibus, insidiis patiamur nos auelli. Hominum quidem commenta dies abolet: uerbum autem Domini in aeternum manet. Ac potest fieri, ut interdum obscurius tradatur doctrina ac negligentius, praeterea
 2315 hominum caecitas malitiaque inducit subinde errores: Attamen ueritas doctriinae Christianae semper apud aliquos integra seruatur sine corruptelis et fermento Pharisaeicarum traditionum, ac tandem patefit: Christus nunquam in totum deserit suam Ecclesiam, sed semper aliquam seruat, cui aderit ad consummationem usque seculi. Potest itaque ad tempus, et quibusdam in locis oppugnari ac labefactari ueritas, expugnari uero et prorsus
 2320 deleriri non potest. Efficax profecto mentium Christianarum confirmatio, praeterea ad resistendum tentationibus, quas suggerunt Diabolus et caro nostra, incitantes nos ad dubitandum de ueritate doctriinae Euangelicae, uel etiam de Dei in nos gratia, consolatio praesentissima et praesidium inexpugnabile.

Qu'od Christus Iesus uenit in mundum, ut peccatores saluos faceret.) Nonsine
 2325 Occupatione haec asseruntur. Breuissime dictum est in negocio salutis humanae, ex

parte Dei exhiberi gratiam, ex parte uero hominum fidem ac dilectionem in Christo necessariam esse. Non abs re autem postularent aliqui etiam modum omnem, quo gratia illa Dei sic exuberavit, plenius cognoscere. Ergo quo satisfiat omnibus, clarius nunc exponit Apostolus, quamuis iterum mira breuitate, quomodo salus nostra ex gratia a Deo perfecta sit.

2330 Chrislus Iesus, inquit, uenit in mundum.) Tria autem sunt obseruanda membra, quibus ut generatim tantum et aliquo modo obscurius dictum uideri poterat de gratia Domini exuberante, distinctius explicatur.

mg Eoe Crei, ta ae solida | mg Pict cetrinae Chril stiane et So craticae siut philosophil cae Hominum con-
menta et coera, se impfecta e caduca: Ver tmmnase lidum este eternum. | mg Quomodo Paice mibere |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

[p.50]

Primum membrum est de persona atque autore illius gratiae, nempe Christo Iesu seu filio Dei. Ut enim nobis applicaretur Dei gratia, oportuit filium Dei humiliari et sua Obedientia nobis diuinam gratiam promereri: oportuit illum fieri Iesum siue Seruatorem, et Christum, id est, unctum siue regem, pontificem et prophetam, qui pro nobis apud patrem intercederet. Non est aliud nomen, in quo remissionem peccatorum consequamur: et gratia acueritas per Iesum Christum exorta est. Actor.4.1o. Iohan.1. Atque hoc nomine distat doctrina Euangelica a doctrinis aliarum sectarum: quod illa Iesum Christum agnoscit, et perpetuo praedicat: caeterae autem abnegant et reiciunt. Valde igitur necessaria est haec particula ad recte intelligendum, quid sit Euangelium.

2335 »Secundum membrum est de modo, quo gratia Dei nobis per filium parta est Venit, inquit, in mundum. In coelo erat gloriam habens cum patre communem: ul. tro inde descendit nullis illectus nostris meritis aut uirtutibus. Et uenit in mundum, ubi formam serui suscipiens est extreme humiliatus. Itaque hac particula compre, henduntur omnia, quae Christus in sua humiliatione nostri causa perfecit, ut incarnatio, mors, sepultura, resurrectio. Neque hoc membrum doctrinae Euangelice? ignoscunt Iudaei, Turcae, et similes. Est ergo doctrina de humiliatione Christi, eiusque pro salute nostra actionibus, Euangelii propria.

2345 Tertium membrum est de Effectu gratiae, quod nimirum per eam salui fiunt peccatores. Late alioqui patet Dei gratia. Etenim quod sumus, uiuimus, et mouemur, item, quotidiana beneficia, fertilitas terrae, pluuia tempestiua, ut ctus, uestitus, caeteraque-accepta serri gratiae Dei debent: quod intelligunt et praedicant omnes homines, etiam Iudaei ac Turcae et quicumque hypocritae. E uangelium autem sigillatim concionatur de gratia, qua ad salutem aeternam adducuntur homines peccatores. Deus namque salutem aeternam gratis et per gratiam, et in gratiam filii peccatoribus confert. Quod qui non credunt, ab'E, uangelio sunt alieni, siue Iudaei sint, qui propriam iustitiam quaerunt constituere, atque ex suis uolunt iustificari operibus: Ad Romanos. 9. siue titolotenus Christiani hypocritae, siue alii. Peccatorum nomine intellige primo quosunque sine exceptione homines. Omnes enim peccauerunt: Ad Romanos.3. et1. Secundo, peccatores hoc loco sunt, qui tales se esse humiliter confitentur, ac perpetuo orant: petunt autem in nomine Christi sibi remitti peccata. Nam his tantum peccatoribus beneficium salutis

impeditur. Ad peccatores, qui simpliciter tales sunt, et manent, siue confiteantur siue
 2365 non confiteantur, concionatur lex, atque ante oculos ponit damnationem. Ad peccatores
 autem poenitentes dirigitur uoxE uangelii. Euangelium namque poenitentiam expetit,
 quemadmodum Lucae 24 mandat Christus, praedicari in nomine suo poenitentiam et
 remissionem peccatorum, in omnes gentes. Et Ioannes Baptista, Christus et Apostoli, a
 2370 poenitentiase. cerunt docendi initium. Marth.3. 4. Marci 6. Actor. 2.3. 5.11. Mirifice
 uero amplificatur Dei potentia ac bonitas ex eo, quod peccatores potissimum uelit sal
 uos facere. Superba ratio hoc non credit, uerum statuit primum, quod homines aliqui
 per se iusti sint, sibiue iustitiam quandam comparent: Deinde, quod horum tantum
 qui uidelicet iusti hoc modo effectisint, habere uelit rationem. Sec turpiter hallucinatur,
 quandoquidem falsae sunt hae duae hypotheses, quibus ipse nititur. Vera autem et certa
 2375 est doctrina Euangelii, cui et acquiescere nos de cet, quod uidelicet Christus idcirco in
 mundum uenerit, ut peccatores saluos faceret, quod ipsemet asserit Marci 2. qui bene
 habent, non egent medico: non ueni ad uocandum iustos, sed peccatores ad poenitentiam.
 Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego refocillabo uos. Itaque
 gloria Dei haec maxima est, quod non iustos (qui tamen nulli reuera sunt) sed peccatores
 2380 saluos facit.

Porro salutis nomine comprehendit Apostolus electionem ab aeterno factam, uocatio
 nem in hac uita ad Euangelium, et in ecclesia iustificationem cum bonis et fructibus, qui

mg 1. Christus auctor grae | *mg* 2. Christi huius hiliatio. Philip.2. debr.2 | *mg* 3 Effectum x̄oAt lus
 peccato; lūin. Ag Euangeliē de gratia Dei erga peccatores quocūque ialuantur, praedicat. | *mg* Modus acce
 fionis ad Christum et alicuius hationis in Pide et intredulitate sita. | *mg* Peccatores, quicūque saluauerunt. Nebiete
 catoribus lex et quibus Euangeliū praedicetur. Rauo buma nanon perci. pit mysterium lafcac. stificatiouis, etc.
 lohan3. Matth.48. Dugiere patefitex gratuita pee Fatoruures P mpere ne sificatone. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.51]

comitari ipsam etiam in hac uita solent, denique et glorificationem, quae post hanc uitam
 aeterna apud Deum in coelis succedit. Vide, quam magna et multa Apostolus uno uerbo
 2385 suggerat expendenda. Haec uero omnia per Christum contingere credentibus luculenter
 docet Apostolus cum alibi, tum ad Ephes.1. et 2. Porro hoc membrum de saluandis
 peccatoribus, postremo loco positum esse uidetur, ut eo commodius conuertatur sequens
 probatio de exemplo suae personae.

1. Obseruandum proinde est dogma Euangelicum, quoscunque sine ulla personarum
 2390 exceptione peccatores salutem per Iesum Christum consequi. Haec summa est siue
 generalis propositio, et Status doctrinae uniuersae, quam Euangelistae et Apostoli suis
 scriptis inculcant, sicut et Ioannes hoc fere pacto concludit suum Euangelium cap.20.
 Haec scripta sunt, inquit, ut credatis, quod Iesus est Christus ille filius Dei, et ut credentes
 uitam habeatis per nomen eius. Similiter lex et prophetae perpetuo sunt de uo Seruatore
 2395 Christo concionati, Matth.5.Luc.24-

2 Redarguuntur omnes haeretici, qui de Christi descensu de coelis in terras, de eius
 incarnatione, morte, caeterisque, quae idem nostrae salutis causa in assumpta natura
 humana perfecit, quouis modo dubitant, aut quaestiones praeter ea et contra ea, quae

de his aperte sunt in Scripturis podita, curiose mouent et periculose contendunt. Sed
 2400 illi potissimùm relmquantur, qui iubent homines salutem aliunde, quam a solo Christo
 expectare. Non opera propria quamlibet speciosa: non merita aliorum honinum, qui
 bonarum actionum suarum communicationem aliis promittunt, ne dicam pretio accepto
 communicant: non denique sanctorum hominum, qui e viuis excesserunt, inuocationes
 et intercessiones, salutem nobis adferunt, sed solus Iesus peccatores, quemadmodum
 2405 hic Apostolus diserte asserit, saluos faciat. Christus intercessor et mediator noster apud
 patrem, qui ideo in mundum venit, ut

Eorum vero, qui salutis per Christum allatae sacti sunt participes, interest pie sanc-
 taeque viuere. Id autem quo animaduerti possit, tum quod ipsi vere in Christum credant,
 memores et grati sint pro beneficiis per Christum acceptis, tum quod Christi mors in
 2410 illis sit efnicax atque mirabiles fructus spirituales producat. Ad Tit. 2. Illuxit gratia
 Dei salutifera omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegata impietate et mundanis
 concupiscentiis sobrie et iuste et pie viuamus in praesenti seculo, expectantes beatam
 illam spem et illustrationem gloriae magni Dei et Seruatoris nostri Iesu » Christi, qui
 dedit semetipsum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, et pu,rificaret sibi ipsi
 2415 populum peculiarem, sectatorem bonorum operum.

Abs re autem iactant se esse Christianos, se vere in Christum credere, se agnoscere,
 quanta beneficia a Christo in omni vita acceperint, qui sic interim viuunt, vt barbaris
 hominibus, quibus nihil vnquam de Christo et doctrina Christiana fuit propositum, nihilo
 sint meliores: Imo propter eos nomen Dei et Euangelium blasphematur apud aduersarios.

2420 Caeterùm pii haec verba Apostoli altissime infigent memoriae, et ex singulis caplent
 vberem materiam consolationum, quandocunque se vel alios tentari animaduertent. Nec
 enim fieri potest, quin aliquando aut nos ipsi aut alii metu iudicii atque irae Dei, et
 priorum scelerum conscientia animo consternemur, atque etiam in hac vita circum-
 2425 allemur mortis et inferni doloribus. Operae pretium igitur est, nos hac sententia
 Apostoli et aliis similibus tanquam valido praesidio atque armis muniri atque sustentari.
 Ac colligent pii plures tales locos diligenter, qui ad manum sint quandocunque postulabit
 necessitas. Matth. 9. Non egent medici opera qui sani sunt, sed aegroti. Matth. 11.
 Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego refocillabo uos. Matth. 1.
 Non sum missus, nisi ad oues perditas domus Israelis. Marci 2. Non ueni ad uocandum iustos,
 2430 sed peccatores ad poenitentiam. Matth. 18. et Lucae 19. Venit filius hominis quaerere
 et saluum facere quod perierat. Lu» cae 15. Gaudium erit in coelo super uno peccatore
 resipiscente magis, quam super nonagin ta nouem iustis, qui non indigent poenitentia.
 Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenita daret, ut omnis qui credit in
 eu, non pereat, sed habeat uita aeternam. Non enim

mg Propositio Euangelii e doctrinae el Cesicseer ralis est de s. lute homini et iustifica tione pecca torum |
mg Horeticori parsaios Pontificiort traditione. En8d bo Dei et Euangelii de ctrinae aduersantur | *mg* 2.
 Vita Chi Repe aee uu esse debs at. | *mg* 4. Impiori mores fide pressier Indigne | *mg* 1cosctee E LLhe
 1eAie. los conscie tiae. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

[p.52]

2435 misit Deus silium suum in mundum, vt condemnet mundum, sed vt seruetur mundus per cum. Maxima est foelicitas, quanta bona nobis in Christo proposita sint, agnoscere.

Ex omnibus autem hucusque dictis constat, quid sit Euangelium, et quae illius dis e. gnitas atque prestantia. Decet autem pios etiam in aliis locis eiusmodi breues descriptiones diligenter notare, atque inter se conferre. Extant autem passim, Matth.9. 11.24. Marci 1. 2.16.Luc.2.4.6.Ioann.1.3.5.6.17. Ad Roman.1.Io. 1.ad Corinth.1.2.5. 2. ad Corinth.5. ad Ephes.1.2. ad Coloss.1.2. ad Timoth.1. ad Tit.1.2. Actor. 1o.1. Petri 1.1. Iohann.2.5. etc.

Quorum ego primus sum.) Comparatio descriptionis Euangelii ante positae, sumpta de vero Euangelii vsu, quem declarat a sae personae exemplo et propria experientia perinde ac si dicat: verum esse, quod exuberarit gratia Domini nostri, quodq Iesu Christus venerit in mundum, vt peccatores saluos faceret, id possum iure optimo asseuerare: nam in me ipso id sum reuera expertus. Maxime autem fide digna est probatio, quae sumitur tum ab experientia, tum ab alicuius proprio iudicio atque sensu. Sic Iohannes quoque ab experientia et sensuum iudicio confirmat Christi diuinitatem: conspeximus, inquit, 2450 gloriam velut vnigeniti a patre. Et I. Iohann. 1.. Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostrae contrectauerunt, de sermone vitae, et vita manifestata est, et vidimus, et testamur, et annunciamus vobis vitam aeternam, quae erat apud patrem, et manifestata est nobis. Loquitur de persona Christi, in qua duae confiderantur naturae contunctae: atque asserit certissimum et omnibus 2455 sensibus sibi comperit, quod duae illae naturae in Christo verae et perfectae existant. Huiusmodi autem probationes sumptas ab experientia et sensuum manifesto iudicio, et libenter proferent hi qui docent, et magnifacient auditores: Id autem partim, quia sunt perse certissimae, partim quia mirabiliter erudiunt conscientiam, ac demonstrant, quis sit germanus dogmatum, quae traduntur, vsus, siue quomodo doctrinae fructum applicare nobis 2460 nobis ipsis debeamus. Ait igitur Apostolus, se compertum habere, quod Christus Iesus venerit in mundum, vt peccatores saluos faceret: quandoquidem ipse vnus ex his sit, quos Christus seruauit. Primum se vocat, id est, insignem et quasi principem, quomodo apud Latinos quoque vox primus non semper numerum, sed saepe excellentiam significat, veluti cum dicitur primus Romana Liuius in historia: non quod ante Liuium historiam 2465 nemo scripserit, sed quod nemo id fecerit excellentius. Consulto autem Apostolus se primum peccatorem hoc pacto appellat. Prima causa est, vt testatam faciat suam humilitatem, quae in omnibus, qui peccatorum ducuntur poenitentia, considerari primo loco debet. Non dignatur Deus sua gratia, nisi qui se ipsos extreme humiliarint: Vnde olim poenitentes cineribus aspergebant capita, in cinere sedebant, sacco aut cilicio 2470 induebantur, ieiunabant, flebant. Iob.42. Plalm. 102. Esaiiae 58. Ierem.6. Et verus ecclesia Christianorum poenitentibus certum locum in sacro coetu, certas obseruationes, et signa quaedam externa poenitentiae internae praescribebant.

Secunda, quia peccata ipsius reuera fuerunt maxima, nempe, blasphemia, perse cutio, violentia, vti semel confessus est. Etsi veron semel dixerit, se per ignorantiam peccasse, 2475 qua ratione videbatur non nihil extenuari peccatum: tamen quia illi non satis fuit veritatem ab Apostolis et a Stephano fideliter propositam non admittere (qua potissimum in parte ignorantia locum habet, quemadmodum ipse declarauit dicens, se ignorantem, fecisse per incredulitatem) verum etiam adiunxit manifestam blasphemiam, atque, vt verbis ipsius

vtar Actor. 26. putauit se Hierosolymis aduersus nomen Iesu Nazareni repugnando multa
 2480 facturum: Et multos sanctorum inclusit carceribus, a principibus Sacerdotum potestate
 accepta: Et cum occiderentur, detulit sententiam, et per omnes Synagogas frequenter
 puniens eos, compellebat blasphemare, et amplius insaniens in eos, persequabatur etiam
 in exteris usque civitates. Talia, inquit, et tam multa flagitia cum ipse de se commemorat,
 not

mg Ab exemplo proprio praecebat gratis seruari peccatorem a Christo, etc. | *mg* in persona Christi donaturae
 contuncte. | *mg* Etsi scilicet primum se uocet peccato. rem. Hamilitss Apostolice catoris; Ceremonipoenitentia
 agentium, Iona.3. Matth. 12. Luc. 11. 2Caussa. Peccata Paus li maxima. Acta. 2e. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.53]

2485 abs re hoc loco confessionem istam edit, atque se uel primum peccatorem fatetur. Sola
 certe incredulitas maximum per se peccatum est: siquidem Iona. 16. Christus eam appellat
 peccatum per Antonomiasiam: Spiritus sanctus, inquit, arguet mundum de peccato, quia
 non credunt in me. Quid igitur statuatur, ubi aperta blasphemia, persecutio, uiolentia
 accesserint? Tertia, vocat Apostolus se primum seu maximum peccatorem, ut Dei, qui
 2490 dignatus est tantum peccatorem in gratiam recipere, amplificet atque extollat misericor-
 diam. Quanto grauiora sunt peccata quae remittuntur, tanto illud fit Dei misericordia.
 Ad Rom. 3. Iniustitia nostra Dei iustitiam commendat. Ad Roman. 5. ubi exuberavit
 peccatum, ibi magis exuberavit gratia.

Sunt autem quaedam nobis hic obseruanda. Primum ingenue confiteamur nostra
 2495 peccata, praesertim quae nota sunt, et offendicula fratribus praebuerunt, nec unquam
 dissimulemus illa, vel quouis modo extenuemus. Atque hoc eos cum primis decet,
 qui contestari volunt, quod serio et ex animo ducantur poenitentia, quodque Dei
 misericordia suapte natura desperent. Secundo, notabunt haec uerba Apostoli, qui
 praesenti tempore ueritati diuinitus manifestatae credere et se submittere nolunt. Sola
 2500 incredulitas maximum peccatum et sufficiens aeternae damnationis causa est. Quid
 uero facient, qui non solum non credunt, uerum etiam palam blasphemant, oppugnant,
 persequuntur? Tertio, comprobatur dogma hic, quod qui serio egerint poenitentiam, et
 uera fide apprehenderint misericordiam propter Christum, certam fiduciam de Dei gratia
 debeant concipere, et credere, Deum etiam in hac uita sibi esse propitium Paulus fatetur
 2505 se quidem fuisse maximum peccatorem: nunc autem uidetur asseuerare, se esse ex
 eorum numero, qui misericordiam sint per Iesum Christum consecuti. Sophistae quidem
 dicunt, nos non posse statuere, quod Deum habeamus placatum, et simus in gratia, nisi
 ex coniectura morali, prout rursus se dignum illa homo inuenerit. Nos uero Paulo
 adhaerebimus, et ad iudicandum, quod simus in gratia, oculus fidei non ad opera nostra,
 2510 uel aliquam nostram dignitatem, sed ad exuberantem Dei gratiam, ad promissiones Dei,
 ad dignitatem Iesu Christi, ad Spiritus sancti operationem in cordibus nostris dirigemus.
 Ad Roman. 5. per Christum contigit nobis, ut fide perduceremur in gratiam hanc, in qua
 stamus et gloriamur sub spe gloriae Dei: et quae ibi sequuntur. Ad Roman. 8. Accepimus
 Spiritum adoptionis, per quem clamamus Abba pater: Idem Spiritus testatur una cum
 2515 Spiritu nostro, quod simus filii Dei. 1. Cor. 12. Nos non Spiritum mundi accepimus,

sed spiritum, qui est ex Deo, vt sciamus, quae a Christo donata sint nobis. 2. Corinth.13. Vosipsos tentate, num sitis in fide. Vosipsos probate. Annon cognoscitis vosmetipsos, quod Iesus Christus in nobis est ? I.Ioann.2. Per hoc scimus, quod manet in nobis e spiritu, quem nobis dedit. Itaque qui iubent credentes dubitare, remouent id, quod
 2520 fidei proprium est: siquidem lubitatio et fides inter sese pugnant. Paulus autem sicut veram habuit et fidem et charitatem, ita audeat dicere, se, quamuis maximus fuerit peccator, salutem tamen in Christo esse consecutum. Vehementer autem commendat haec doctrina Dei bonitatem et misericordiam: deinde pios excitat ad diligentiam in producendis bonis actionibus, quae sunt Spiritus sancti et fidei fructus: quinaetiam sunt
 2525 testimonia gratitudinis erga Deum pro beneficiis acceptis: denique mirifice consolantur in omni dubitatione et quibuscunque tentationibus. Quare merito retinenda est in ecclesia ac piis iuxta methodum Scripturae proponenda. Plurimum igitur aberrant, qui doctrinam hanc reiiciunt. Nam si verum vsum eius intelligerent, longe aliter sentirent. Causantur forte, hac doctrina induci in animos auditorum quandam stultam confidentiam, segnicium
 2530 ad bene agendum, excuti Dei timorem: sed falluntur. Tantum namque abest, vt haec certitudo de gratia Dei tardos ad bonas actiones reddat, aut timorem Dei expellat, vt haec ipsa uel maxime inserat credentium pectoribus. Si quidem vbispes Dei est, ibi quoque necessario est studium bene agendi, vera fiducia in Deum, verus Dei timor, non quidem seruilis et degener, sed qualis in filiis requiritur, quique cum charitate est coniunctus,
 2535 de quo Esaiae 11. et I.Ioann.4. et alibi passim in scripturis. Quisquis autore Christo in gratiam perductus in ea stat, Deo agat gratias: interea autem ne

mg 3. Causa. Dei misericordia et gratia erga peccatore maxima. | *mg* 1. Confessio ingenua de cet peccato res. | *mg* 2. Incredulas peccatum maximum: Huic siBl. sphemia, pl fecutio, uio lentia, acce fructos fit maeximum | *mg* 1. Poenitentibus propt sita est peccatorum re. missio. Sophistarum error. | *mg* De gratia Dei non est dubitandum piis et creditibus. | *mg* Certitudo gratiae nonnobis, sed a Deo pendet. Rom.8 1. Corinth. 2. Corinth. B. I. Ioann.2. Fides et dilbitatio pugnant. Fidei fructe Doctrinae dei necessaria in ecclesia. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

efferatur, sed timeat: Ad Roman.4. et u. fides in Deum, charitas in Deum, Timor Dei, coniuncta sunt, atque his efficitur, vt pii clament, Abba pater. [p.54]

Verum ideo misericordiam sum adeptus;) Duas adiicit et palam praedicat insignes
 2540 omnes busquenotandas causas, ob quas Deus dignatus est ipsum misericordia: quae ita sunt digestae et e pluribus electae, vt vsum siue effecta Euangelii declarent, simulqueverum es se doceant, quod proxime dixerat Iesum Christum venisse in mundum, vt peccato res saluos faceret. Licet autem, imo et prodest causas operum Dei nonnunquam inus stigare, et in lucem protrahere: quandoquidem earum consideratio in nobis fidem au cuit, vel ad
 2545 timorem Dei, vel ad praedicandum eius nomen, ad gratiarum actionem, a studio bene agendi aut omnino ad alia bona inuitat. Quod licet videre, tum in multis disputationibus in libro Hiob, tum in plerisque psalmis, vt 19.104, 105,106.107. in quibus excitantur homines ad consideranda admirabilia opera Dei, et canendas propter haec Deo laudes. Varias autem sunt causas actionum Dei: Quaedam enim sunt, quas scrutari humanae

[p.54]
 [p.55]

2550 menti plane est impossibile, de qualibus ad Rom.11. dicitur: Quam inserutabilia iudicia
 et imperuestigabiles viae eius. Quaedam sunt, quas etiamsi humana intellectus posset
 assequi, tamen nosse minime expediret: in quibus explorandis qui vehementer laborat,
 stultae curiositatis incurrit notam. De negotiis hominum particularibus multae huiusmodi
 2555 quaestiones moueri possunt: ut, Cur Deus huic homini longum vitae tempus, illi vero
 breue praestituerit: Cur Deus voluerit, ut ex duobus fra tribus vnus esset maior, alter
 minor: et maior interim minori seruiret: ad Rom.9. Harum et similium actionum Dei
 causas omnes nosse ne expediret quidem: sed satis audire, hoc ita erat decretum, Deus
 cuius vult miseretur. Cur autem velit, scire non est necesse. Relinquitur ergo, has
 2560 demum causas in operibus Dei recte a nobis explorari, quas intellectum siue potius
 fide possumus apprehendere, et quas scire nobis nunc expedit, et has ipsas eatenus
 diligenter expendamus: proponemus insuper aliis expendendas, quatenus instituto de
 quo agimus, sunt accommodatae Nam omnes perquirere causas, et alias quoque quae
 instituto non seruiunt, neque vtile est, neque necessarium, ut non dicam saepenumero
 etiam impossibile. Ad hunc proinde modum Paulus praesenti loco grauissimas causas
 2565 ante oculos ponit, ob quas Deus ipsum dignatus est misericordia.

(In me primo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam.) Prima causa spectans
 a illustrationem gloriae Dei: quae et ideo primo loco posita est, quod in consideratione
 causarum decet nos in ea esse ante omnia intentos, quae ad Deum ipsum pertinent: Si-
 quidem Deus sui ipsius et suae gloriae causa perficit vniuersa: ad Ephes.1. Hominum vero
 2570 officium est, de creatoris ac Domini sui gloria imprimis cogitare, quemadmodum Christus
 quoque iubet prius quaeri regnum Dei, quam quaecunque alia: Matth.6. Vnus est autem
 Apostolus verbis valde appositis et ad institutum accommodatis. Primum simpliciter
 respondet illis, quae de usu Euangelii ante sunt posita, Venit Christus Iesus in mundum,
 ut peccatores saluos faceret. Secundo, singulae voces quadam Emphasi enunciari debent,
 2575 utpote quae mirabilem vim obtinent amplificandi. Ostendit, inquit, Christus, id est,
 euidentur et multo manifestissime demonstrat, vultque Deus ab omnibus animaduerti.
 Ey Ataçis est indicatio rei cum primis animaduertendae: qua voce etiam medici vtuntur,
 ad significandum, rem praeuertendam et accuratam considerandam in morbis alicuius
 cutatione. Et item dicit, in me primo id est, maximo et insigni peccatore. Nec dicit
 2580 simpliciter *κακροθυμίαν*, id est, clementiam seu potius longanimitatem, lenitatem
 animi sed omnem clementiam siue lenitatem, id est, multo maximam amplissimamque
 . Estque; vocabulum hoc exquisitum et negotio Pauli aptissimum. Vere enim Deus
κακροθυος est, qui patienter expectat peccatorum conuersionem, nec quaerit eorum
 mortem, sed magis ut conuertantur et viuant. Atque in conseruatione Pauli, qui asper-
 2585 rimus fuerat Euangelii hostis et persecutor, *μακροθυμια* Dei insignis eluxit. Celebratur
 autem hoc pacto ista Dei longanimitas ad Roman.2.1. Petri3.2. Petri3. Bonitatem vero et
 clementiam suam Deum velle, cum peccatores seruat, ostentare, ad Roman. 9. 11. ad
 Ephes.1. ad Tit.3. et passim alibi praedicatur.

Ad expremendum exemplar je qui erediur essent in ipsa in vitam eternam.) Secunda
 2590 *çur*

mg Quae causae ob quas misericordiam adeptus est Paulus. | *mg* vult est operum Dei causas inuestigare,
 ad fidem, ad timorem Dei, ad gratiarum actionem, ad studium uitae pieae. | *mg* Adiones Dei quatenus

intestigande, 9 contra. | *mg* LCaussa II. uspos repes. | *mg* Emphaseis. | *mg* toeses | *mg* Deus auts duuos, | *mg* Excch.1n |

N L. EPIST. D. PAVLI

[p.56]

la ad aemcatione et vmtate proxmiipectat. Deus quae facit, primo lacitypropterIele,
 et ad bonitatis, potentiae, iustitiae, et gloriae suae ostentationem. Secundo, propter
 homines, quos vult illa ipsa experiri ac notare, et propterea ab eisdem coli, metui, in-
 uocari, praedicari. Quin etiam quaecunque videt aliquis erga vnum hominem a Deo
 2595 fieri, eadem debet et ipse a Deo expectare, siue bene agat Deus per suam misericordiam,
 siue puniat per suam iustitiam. Badem namque est Deo potestas in omnes. Hoc igitur
 respiciens Apostolus ait, se expertum esse in seipso Dei clementiam, quo caeteri quoque
 peccatores exemplo ipsius cle mentiam sperare auderent. Vocabulum *ποτυπώσιως* ac-
 commodatur tam doctrinae, quam actionibus. De doctrina 2. ad Timoth *μυποτύπωαιν*,
 2600 id est, formam siue exemplar habeto sa norum sermonum, quos a me audisti. De ac-
 tionibus vero loco praesenti. Quaquam aliis quoque rebus, vt reipublicae, aedificiis,
 etc-accommodatur. Estigitur *ποτύπαις* exemplar bene expressum et euident, quod
 quis anilno facile apprehendit ac sibi imitandum studiose proponit. Significat igitur
 Apostolus, se esse certissimum exemplar, et quassignum in publico expositum omnibus
 2605 peccatoribus, blasphemis, persecutoribus, vt de Dei misericordia non desperent. Ne
 porro aliqui in impietate et flagitiis persistentes hoc Pauli exemplo proposito abuterentur,
 ac temere spem misericordiae ad se transferrent, prudenter adiicit Apostolus, quibus
 demum vsui esse exemplum ipsius queat, et quid in his, qui misericordiae Dei cupiunt
 fieri participes, requiratur. His, inquit, ego ero exemplar sperandae misericordiae, qui
 2610 exemplo meo credituri sunt, qu per lesum Christum vita aeterna ipsis sit parata. Respicit
 autem ad id, qu paulo ante dixit in descriptione Euangelii, gratiam Dñi nostri exuberare
 cum fide et dilectione. Etenim Euangelium proprie offert gratiam et remissionem pecca-
 torum per fidem in lesum Christum, ad Rom.1. Itaque Apostolus plensissime, quauis mira
 breuitate, comprehendit hic, quicquid ad doctrinae Euangelicae summam pertinet: atque
 2615 ita absoluit, quae ad comprobationem descriptionis Euangelii antem positae adiicere vi-
 sum fuit. Caeterùm ex his discimus, primò officii nostri esse, in omnibus rebus humanis
 considerare bonam ac iustam Dei voluntatem, et quo ad fieri potest, eiusdem rationes
 religios e inquirere. Physici dicere solent, Naturam nihil frustra agere. At Theologi multo
 rectius dicent, Deum nihil frustra agere. Nam in res vniuersas Dei prouiden tia perpetuo
 2620 intenta est, easque ; sapientissime moderatur. Secundo, illas causas explora bimus
 diligentissime, quae conducunt ad celebrandam Dei potentiam, bonitatem, iustitiam, et
 gloriam: tùm ad hominum aedificationem et rectam institutionem conscientiarum. Hoc
 enim pacto de omnibus, quae quotidie in hac vita eueniunt, siue in ecclesiis, siue in rebus
 publicis, siue in priuatis nostris actionibus, pium et salubre iudicium ferre poterimus,
 2625 acfructus spirituales vberimos decerpere. Quod alicubi recte ordinantur ecclesiae vel
 reipublicae, qu tyramni imperant et perturbant omnia, qu cientur bella, rursumquepax
 componitur, quod aliquis se conuertit ad studium sacrarum literarum, alius uero aliud
 amplectitur vitae genus, qu vni officium facienti bene cedit, alteri nequaquam: certum
 est, haec omnia sic diuinitus ordinari, ac partim quidem ad ipsius Dei gloriam, partim
 2630 uero ad hominum institutionem. Ac considerant qdem illa omnia homines que plurimi,

sed longe aliter et multum diuersas causas expendunt philosophi, quicumque sunt sapientes: alia vero Christiani uereque pii. Illi considerant externa, carnalia, quaeque secundum mundum sunt uilia uelnoxia, et ad aliorum hominum commendationem, aliorum uero oppressionem tendunt. Pii uero considerant interna et spiritualia bona, 2635 quaeque prosunt ad illustrandam gloriam Dei, et ad aedificationem conscientiarum, hoc est, ad doctrinam, redargutionem, institutionem rectae uitae, correptionem uitiorum et consolationem. His certe qui scripturas legere consueuerunt, et aliquo tempore Spiritus S. lumine adiuti, non est difficile plures et salutare causas diuinae uoluntatis in omnibus, quae hic eueniunt, obseruare. Et concionatores in commonstrandis talibus uel rudi 2640 populo diligentes esse debent. Porro, prima causa, quam Apostolus de Dei uoluntate erga se recenset, suggerit dogma, nempe, quod Deus nos seruat, non propter nos uel nostra merita: quae enim esse huiusmodi queant in peccatoribus et filiis irae, quales omnes sumus etiam natura? Sed propter seipsum, sola sua bonitate et gratuita misericordia. Placet namque Deo in his, quos ad salutem adducit, μακροθυμίαν omnem ostendere. Secundum, 2645 damnat iasuper hec ratio Apostoli omnes hypocritas et fallaces doctores, qui statuunt ali

mg nifgoitordiae Dei erga Paulum, estaedificatio proximi Applicatio facti De | *mg* Ruangelj proprietatis in oblatione gratiae et re missionis peccatorum posita est. 2. Hominis est perpendere Dei ἀδικία. Prouidenti Dei omnia sunt subiecta. a. Omnia Deigloratione debent inseruire. | *mg* uauaga mae cause. 2. Axioma. Deus non seruat nos propter merita: nostra, sed Propter seipsum. 2. iustifari et misericordiarum. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

ter, quam per solam Dei clementiam, homines saluos fieri. Tertio, admonemur, ut nostram semper agnoscamus indignitatem, coram Deo prostrati humiliemur, peccata nostra confiteamur, veniam propter Christum petamus, utpote quos necessum sit perire, nisi Deus subonitate nos toleret ac succurrat. Quarto, quorum conscientia premitur ob 2650 peccatorum multitudinem uel magnitudinem, hi consolationem accipient intuentes in Deum lenitatem et clementiam, qua peccatores ad poenitentiam et salutem multo benignissime atque uoluntate reuocat. Secunda causa ab Apostolo proposita, primo docet nos omnia quae in Sanctis uel peccatoribus diuina ordinatione fiunt, esse proposita nobis pro exemplis, quae nos tum ad omne bonum excitent, tum a quouis mali genere deterreant. Secundo, 2655 discimus ex eadem causa, quod unusquisque nostrum quaecumque exempla proposita prudenter et cum iudicio ad se debet transferre, suisque rebus accommodare. Nisi enim istud faciamus, quomodo illa nobis proderunt? Legere uel audire nullius est momenti, sed ex applicatione ad nostra negotia commoditas spiritualis nascitur. Tertio, agemus Deo gratias, simulque nos sub, inde consolabimur, quod dignatus sit nobis in Paulo et 2660 plerisque aliis ut Dauide, Matthaео, Zachaeo, muliere peccatrice, Petro, latrone, exempla monstrare, ex quibus consolationem hauriamus in temptationibus, et per quae excitemur ad ueram poenitentiam, ad inuocationem ex fide, ad veniam et misericordiam petendam et expectandam propter Christum, ad uitae emendandae studium.

[p.57]

Regi autem seculorum immortalis, inuisibili, soli sapienti Deo, honor, gloria, in secula seculorum, Amen.

2665 Vt finem faciat huius primae partis de doctrina legis et Euangelii fideliter in ecclesia tradenda, orationem abrumpit, et tanquam per Epiphonema subiicit breuem, sed tamen luculentam gratiarum actionem. Ac prudenti sane consilio istud facit. Quod em̄ postremo loco de gratia et gratuita per Christum misericordia disseruit, quid rectius agat, quam protinus omnes vna secum inuiter ad gratias agendas Deo? In Euangelio gratia et veritas per Iesum Christum proprie annunciata est vniuersis, et communicata credentibus.

2670 Ioan.1. Aequum igitur est, omnes pro manifestato Euangelio, proque tantis beneficiis simul collatis Deum praedicare, et gratum exhibere animum. Itaque optime cohaeret haec gratiarum actio cum antecedentibus, utpote quae ex illis ipsis deruatur consequiturque. Debemus autem istam gratiarum actionem accipere ueluti profectam ex magno affectu, et animo propter uitae anteaetiae et beneficiorum a Christo acceptorum recordationem, vehementer commoto, quomodo alias solent sermones quodam vehementi affectu abrumpi.

2675 Et constat ipsum Paulum in omnibus acrem et vehementem fuisse: quae res in causa est, ut nonnunquam ali quanto perturbatior eius appareat oratio. Itaque hac gratiarum actione subiecta plane innuit Apostolus, se non posse oratione exprimere, quanta sit Euangelii maiestas, et quam praeclara bona omnibus in Christum credentibus per Euangelium proponantur: ideoque se uelle dicendi finem facere, nec habere quod adiciat, nisi quae cupiat Deo omnes agere gratias. Et huiusmodi abruptiones tacite monent auditores ad complectendum animo res longe maiores, quam dicuntur. Sic uero ad Rom.11. et alibi orationem abrumpit: *ô profunditatem diuinitatis, et sapientiae, et cognitionis Dei: quae inscrutabilia sunt iudicia eius?* Ibidem: *. Quonia ex illo, et per illum, et in illum omnia,*

2685 *ipsi gloria in secula, Amen.* Caeterum haec uerba, ut Chrysostomo, Theodoro, Ambrosio, Theophylacto placet, ad Patrem reseruntur a quo filius missus est, et qui sic dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Quanquam haud multum interest, siue ad Patrem et filium communiter haec uerba referantur, quemadmodum et Chrysostomus demonstrat, maxime cum Christus ipse dicat Iohannis. *Qui non honorat filium, non honorat*

2690 *Patrem, qui misit illum: siue potius, ut Theophylactus monuit, ad Deum simpliciter et ad totam Trinitatem, hoc est, ad patrem et filium et Spiritum Sanctum communiter. Nam potentia personarum in diuinitate non distinguitur, suntque opera Trinitatis ad extra, ueluti in creatione mundi, et in restitutione humani generis fiunt, in diuinitate, semper interim seruata uniuscuiusque personae proprietate. Vnde frequenter, cum de gratia Euangelica sermo*

2695 *instituitur, trium personarum fit mentio. ad Rom.1. Segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas de filio suo, qui declaratus fuit filius Dei cum potentia, secundum Spiritum Sanctificationis, ad Rom.1. Quod sicut spiritus eius,*

mg 3. Homofe ipsum debet noscere. | *mg* 4. Consolatio peccatorum, quibus conscientia laetitia est et ficta. Vltima secundae caesae 1. Vsus. Exempla proposita. 2. Vsus. Applicatio usus habet Spirituelem. 8. Vsus Deo agenda gratia. | *mg* Oratio abrupta continens gratiarum actionem. | *mg* Interpretatio tuorum parum etc. | *mg* Regulatio operibus Trinitatis. E Personarum proprietates fontinconfese. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.58]

qui excitauit Iesum a mortuis, habitat in vobis, etc. 2. Corinth.13. Gratia Dñi nostri Iesu Christi, et charitas Dei, et communicatio Spiritus S. sit cum omnibus uobis. Singulae personae in bonis spiritualibus, quae per Euangelium accipimus, suo modo cooperantur. Sed et quae in hac gratiarum actione numerantur attributa, proprie vni Deo, tamen singulis in diuinitate personis conueniunt. Siquidem pater regnat: Psal.47.1. ad Corinth.15. filius regnat: Psal.2. Matth.28. Iohan.18. Et Spiritus S. regnat, utpote qui eos, qui alios regunt, siue in ecclesia, siue in politia, constituit et gubernat, Num.27. Iudic.5.6. Actor. to. Item ducit ac regit filius Dei: ad Rom.8. ad Gal.5. Destruit regnum diaboli et Antichristi Matth.12.2. Thes.2. Sic insuper et pater est conditor seculorum: et filius condidit secula. ad Hebr. t. ad Ephes. ... Iohan. 1. Et Spiritus sanctus est creator. Psal.46. Summa, in unum uerum et solum Deum competunt, quae hic recensentur singula, neque ulla personarum substantiae diuinae eximitur.

2710 Seculorum:) Quia Deus aeternus est, qui et secula ipsa condidit eademque perpetuo gubernat, nullum facturum regnandi et gubernandi finem alludit ad Plal.145. Regnum tuum regnum in omnia secula, et potestas tua in omnem generationem et generationem. Homines praepotentes uocant reges terrae, et principes huius seculi, qui et abolent. Psal.2.1 ad Corin. 2. Item diabolus uocat princeps mundi huius, Iohan. 12. et Deus huius seculi, excaecans sensus incredulorum: 2. ad Corin.4. Atqui uerus Deus habens potestatem transferendi omnes hos reges et regna, quae tantum sunt simulachra inania, regnum habet aeternum, et tam in coelis, quam in terris positum. Ergo hoc attributo notatur immensa Dei potentia, per quam mirabiliter toti mundo patefactum est Euangelium.

Immortali:) Quae sequuntur attributa plenius et euidentius explicant Dei naturam. φεαρτω, id est, incorruptibilis, quod de Deo etiam dicit ad Rom.1. Significatur autem ahi quid amplius, quam si simpliciter diceretur, immortalis, nempe quod non solum mors nullum in Deo habeat locum, sed ne corruptio quidem ulla, quae tanquam initium et aditus quidam est ad mortem. Sunt et Angeli incorruptibiles atque immortales: similiter animus hominis: adhaec corpora nostra incorruptibilitatem induent, iad Cora5. Sed tamen in his ipsis corruptibilitas quaedam spectat: In Angelis quidem ex lapsu, ex iniquatione eorum, ex aeterna item damnatione, quam illi et similiter animi hominum impiorum subibunt cum maximis cruciatibus: corpora insuper nostra multam corruptione et mortem ipsam experiuntur. Atqui Deus singulari quadam ratione incorruptibilis existit, utpote in quem nec lapsus nec inclinatio uel imperfectio, nec mors uel damnatio cadit. Vere igitur natura et substantia sua Deus incorruptibilis omnibusque rebus superior hic praedicatur.

2730 Inuisibili:) pertinet et hoc ad naturam siue substantiam Dei explicandam. Deus non est substantia corporea, sed Spiritus: quo nomine rursus agnosci debet omnibus rebus creatis superior et praestantior. I. Iohan.4. Deum nemo uidit unquam, ad Colos.1. Qui est imago Dei inconspicui. Iohan.4. Deus est Spiritus. Hinc uero sequitur, Deum uere, et, uti est neque uisumque ullo sensu humano comprehendi a nobis posse. Ac solus Deus, inquit Ambrosius, per se incorruptibilis siue immortalis et inuisibilis est, si quae sunt creaturae immortales uel inuisibiles, eae non ex se, sed a Deo id habent. Habent autem per gratiam, quod uni Deo inest per naturam.

2740 Soli sapienti Deo:) Et sapientiam, et ea quae ante dicta sunt, in solum Deum quadrare satis perspicuum fit ex hac locutionis forma. Singulari autem iudicio sapientiae additur particula soli: quia uerba fecit de insigni illa sapientia, quae est doctrina Euangelii, in

qua sapientia Dei insignis elucet, ad quam collata sapientia huius mundi, planem stultitia est apud Deum: Cor.1.et 2. Roman.1. Nec contingit vllis haec vera sapientia, nisi quibus Deus eam reuelat, a quo solo impetrari oratione debet.1.Reg.3. Iacobus 1. Matt.11.
 2745 Honor et gloria:) Quae amplissima sunt, quibusque ; maiora concipere mens humana haud potest, Deo tribui precatur. Apud homines honor et gloria sunt res dignissimae praeferunturque opibus et pecuniis: vnde excelso animo homines gloriam prae omnibus rebus expetiuerunt. Itaque et Deo, quae summa sunt, impendi debent. Vult autem ea a nobis praestari ex animo, et ex tota mente, ut ipse est καρδιογνωσης. Deinde, non ad
 2750 praescriptum modum tempus, sed in omnia secula, sicut ipse quoque seculorum omnia est

mg Atribaus quae comme niter conue niunt fingi lis persons | *mg* Deus summus rex. | *mg* Acomparaiis. | *mg* Deus immortalis: τοκληρω. | *mg* Adisparais Differunt inter se creator et cred turae, natur. et substantia. 2.Petri 2. Iob 4.er13 Genes.3. Rom.5. Deus inuisi. bilis dega10. | *mg* Deus solus sapiens. | *mg* Deo honor e gloria de betur. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

[p.59]

dominus. Par namque est honor et cultus, qui Deo defertur, quique naturae Dei, quoad fieri potest, respondeat. Oportet veros adoratores adorare in spiritu et veritate, quemadmodum Deus Spiritus est, Iohan. 4. Eadem precationis forma legitur ad Rom. 11.16. ad Galat... 2.ad Timoth.4.
 2755

Amen:) Vox hebraea confirmans, quae ante dicta sunt, precationibus, vt saepe in Psamis, vel etiam imprecationibus ac deuotionibus addi solita. Numer.5. Deuter.23. Con suevit proinde et Apostolus eam precationibus subiicere. Admonent porro nos ista omnia: Primùm, ut Deum talem agnoscamus et praedicemus, qualis hic describitur, Nam haec
 2760 attributa sicreuera in solum Deum competunt, vt alteri nulli accommodari pari modo queant. Secundo, confirmant haec attributa Deum, quoniam talis tantusque est, vere et abunde praestare posse ea bona omnia, quae per Euangelium exhiberi nobis propter Christum, proxime dictum est. Qui rex est potentissimus, incorruptibilis, inuisibilis et solus sapiens, potest ac vult amplissima, incorruptibilia, et spiritualia bona in nos
 2765 conferre, Beneficia omnis generis quae absunt, a solo Deo debemus petere: si quae vero adsunt, soli Deo debemus accepta ferre. Tertio, Deum quem tantum agnoscimus, et a quo beneficia longe maxima accipimus, oportet nos modis omnibus celebrare, cultu interno ac spirittuali colere, gratias agere perpetuo, atque omnia nostra, quae tam animo, quam corpore a nobis fiunt, ad gloriam Dei in terris amplificandam comparare.

Hocpraeceptum.) Conclusio totius primae partis, qua summam doctrinae Christianaeput in ecclesiis recte constitutis tradi debet, breuiter repetiuit. Sic autem conclusio haec est contexta, ut permouere aculeosquerelinquere in animo Timothei possit: quandoquidem suasoria aliqua argumenta habet non parui ponderis, quemadmodum et fieri decet in conclusionibus. Optime vero respondent haec iis, quae ab initio dicta fuere, sicut conuenit conclusiones semper respicere ad antecedentia. Vt enim in initio dixit,
 2775 Timotheum debere denunciare siue praecipere quibusdam, ne diuersam sequantur doctrinam: Ita hoc quoque loco, Hoc praeceptum, inquit, commendo tibi. Singula autem

uerba εμφρατη ζ debent accipi, ut argumenta suasoria ex eisdem eliciantur. Primum igitur argumentum ducitur ab affectu: quando ut efficacius moueat Timothed appellat
 2780 filium. Quo quidem pacto Apostolus primùm tuetur suam autoritatem, quam in eo esse decet, qui aliis maxime de ordinanda ecclesia praescribit. Dehinc demonstrat se studio optimo atque affectu plane paterno dicere ac facere omnia. Adhaec testaf, se Timotheum plurimi facere, ac uelle insuper, vt a caeteris magno in honore habeat.

Commendo praeceptum:.) Particula.n! cum accusatiuo aliquando significat tempus,
 2785 aliquando ad, vel in, vel de: quae res in causa est, vt diuersis modis horum verborum reddatur sententia. Qui igitur ad tempus referre malunt, ita vertunt: secundum praecedentes vsque ad te prophetias: Hoc autem pacto colligitur hic secundum argumentum suasorium ductum a perpetua consensione doctrinae in Ecclesia. Doctrina proxime explanata de lege et Euangelio consentit cum doctrina omnium prophetarum, qui Timothei aetatem
 2790 praecesserunt. Quare scire debebat, sibi ab ea veritatis linea per prophetas monstrata minime discedendum. Plurimum autem ponderis habere haec ratio debet: quandoquidem basis est, cui omnes ministrorum labores inniti oportet, ideóque passim a Christo et Apostolis inculcatur, cum demonstrant, omnem doctrinam suam legi et prophetis respondere Matth.22.26.Luc.1o.24. Ioan.5. Petrus Act.3.10. 1. Epist. cap.1.Paulus
 2795 ad Rom.13.ad Ephes2. et3. Alii interpretantur το πι notare, quod prophetiae, id est, praedictiones, reuelationes variae, et honorifica multorum testimonia de Timotheo praecesserint, quinetiam diu ante in ipso eluxerint certa signa, quae magni aliquid de ipso promittebant, quorum consideratione decebat ipsum ad fidem et diligentiam in omni officio praestandam vehementer excitari: Atque ita interpretantur plerique veteres scrip-
 2800 tores, I heodoretus, Theophylactus, Chrysostomus, Ambrosius. Secundum hos igitur tertium argumentum hic habebitur, sumptum a signis antecedentibus atque ab omnium de ipso expectatione.

Vtmihites in cus bonam militiam.) Quartum argumentum a genere functionis eccle

mg Ma | *mg* Conclusio partis primae. | *mg* LArgumai ub effectu. | *mg* 2. Argumen tum a perpe tua consensione doctrine in ecclesia | *mg* 3. Argumen tum a signis antecedentibus 4 Argume. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

siasticae atque difficultatibus eidem adiunctis. Vtitur Metaphora siue Allegoria sumpta
 2805 are militati, quae reuera multo aptissima est ad demonstrandum quantae molestiae, quot pericula eos maneant, qui ad munus docendi in ecclesia sese accingunt, vel iam in eo versantur. Intelligi autem debent molestiae et pericula non tantum externa, qualia multa perferet, qui docebit ignaros et rudes, qui in uiam reducet errantes, qui consolabitur afflicti: verum etiam perpetuo certare debet cum falsis fratribus, cum haereticis, cum
 2810 philosophis, denique cum ipso satana, qui mille modis eccleas inturbat.

Habens fidem et bonam conscientiam:.) Quintum argumentum, quo indicatur modus et causa formalis recte tradendae doctrinae sanae. Fassi doctores, hypocritae, haeretici, aggredi quidem possunt docendi munus et tractare scripturas: verum quando non habent fidem, errant in dogmatibus: qui praeterea non habent bonam conscientiam, Hi
 2815 doctrinam sanam corrumpunt, et saepenumeron scientes volentesque abducunt in errores.

[p.60]

Excitare igitur debent hae rationes eos qui ministerio ecclesiae sunt addicti ut in omnibus strenue laborent, sese non tantum milites, sed etiam imperatores praebeant: sed inprimis prouideant, vt doctrinam omnem pure explanent, ac fide et bona conscientia proponant auditoribus: qui si similiter fide et bona conscientia verbum auditum amplectantur, fieri
2820 non potest, quin admirabiles sequantur fructus, tam ad gloriam Dei, quam ad hominum aedificationem referendi. Respiciunt haec verba ad illa semel posita in initio, vbi dixit Apostolus, Finis praecepti est charitas ex puro corde, et conscientia bona, et fide non simulata.

4 Qua repulsa nonnulli circa fidem naufragium fecerunt.) Ratio praecedentis argu-
2825 menti a periculoso. Propterea, inquit, necesse est eos qui docent in ecclesia, ex fide et bona conscientia negotium suum facere, quoniam qui alia ratione ausi sunt progredi, neque bona conscientia perfecerunt quod sui erat muneris, in pericula inciderunt longe maema. Respondent haec verba illis in initio, a quibus quod aberrarunt quidam deflexerunt ad vaniloquium: pulchre igitur vltima cum primis congruunt. Apostolus vt
2830 graphicem depingeret periculorum magnitudinem, vsus est multo aptissima metaphora. Naufragium, inquit, fecerunt, et quidem circa fidem, hoc est, omnium bonorum spiritualium et salutis aeternae fecerunt iacturam. Perdunt salsi doctores et se, et auditores suos omnes, saepenumero etiam vniuersam perturbant ecclesiam. Nullum igitur grauius discrimen excogitari potest, quam error siue naufragium circa fidem.

Quorum de numero sunt Alexander et Hymenaeus:) Comprobatio rationis ab exem-
2835 plis eorum, qui cum non fuissent bona conscientia amplexari doctrinam euangelicam, neque etiam pure synceriter quod docuerint, infide turpiter lapsi sunt. Plura verba addit argumento quinto, ac diutius explicationi eius immoratur, quod in ecclesia praecipua cura esse debet de fideli et pura docendi ratione. De Hymenaei falso dogmatez. ad Timoth.2.
2840 Hymenaeus, inquit, et Philetus circa veritatem aberrarunt, dicentes, resurrectionem iam esse factam, et subuertunt quorundam fidem. Alexandrum probabile est in eadem fuisse sententia, de quo et 2. ad Timoth.4. Alexander faber aerarius multis malis affecit me, reddat illi Dominus iuxta facta ipsius. Quem et tu caue: vehementer enim restitit sermonibus nostris. Notat igitur Ephesi tunc ipsum fuisse et veritati solitum aduersari,
2845 quod hic mox uocat Βλασφημεν. De eodem Actor.19. refertur, quod Iudaeus fuerit, atque tumultum studuerit sedare exortum Ephesi.

Quos tradidi satanae.) Secunda ratio, cur enitendum, ut fide et bona conscientia doctrina religionis pure semper tradat, sumpta a genere vindictae quae auctoritate ecclesiae falsis doctoribus infligitur: quae omnibus, qui non agunt bona conscientia, praesertim in
2850 his, quae ad doctrinam pertinent, merito proponitur metuenda. Tradere aliquem satanae, est quodammodo excludere a regno Christi, quod est ecclesia, et redigere in regnum ac potestatem satanae, ut ab hoc affligatur, molestetur, et ita extreme humilietur. Sed de huius ecclesiasticae uindictae ratione mox plenius disseremus.

Vi discant non maledicere:) Causa finalis siue effectus uindictae, quae per ecclesiam
2855 irrogatur: Coercentur hac falsi doctores, vt non amplius blasphement, hoc est, de rebus diuinis male loquantur. Debent namque, cum traditur quispiam satanae, ne

mg tum agere re functionis ecclesticae eiusdemquediffi cultatibus. Metaphora are militar | *mg* Doctorum uorum labd res. | *mg* 5. Argumen tum a modo et causafos mali doctri ne sanae tri dendae. | *mg* Heretici

e faisi docto res, aliigd bus mala e conscientie et errant, in errores abducunt. A pericule fo. | *mg* Meuphor a nauigant pus. | *mg* Fassi doctores et see auditores su os in perni ciem ducunt. Ab exemplis. | *mg* Hymenaei e Philetior de resu rectione. | *mg* Alexandri fabri aerari mditia. | *mg* Tradere di quem satanae quid. Ab effectu. Cause, proi pter quas si tanae tradi impios con uent. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

[p.61]

cessarii et vt des proponi fines. Primo spectari oportet honorem Deidsiquidem ecclesiae interest prouidere, vt Deo suus tribuatur honos, ac nemo eius nomen blasphemet. Secundo, quaerenda est vtilitas eius qui peccauit, nempe vt culpam agnoscat, atque poe
 2860 nitens redeat in viam, sicque ecclesiae Dei rursus inseratur. Peruinet huc quodi ad s-orinth.5. mandat Apostolus, eum qui incestum commiserat, Satanae tradi, ad interitum carnis, quo spiritus saluus fieret in die Domini Iesu: et 2. ad Corint.2 vult. eundem recipi in gratiam. Tertio aedificatio et vtilitas aliorum. Fit enim hoc pacto, vt caeteri et tuti reddantur a contagio falsae doctrinae, quae per falsos doctores inuehif, et ipsi peccata
 2865 committere abhorreant, obque eam parem vindictam sciant in se exercendam. Caeterum ex his discimus, primo maximopere necessarium esse, vt ministri ecclesiarum, et quicumque alii, quos Deus dignatus est dono prophetiae siue vberiori cognitione verbi sui exornare: semper illi sint in tenti, quo ex fide et bona conscientia doctrinam legis atque Euangelii pure synceriterque explanent. Erunt autem hac in parte diligentes, si frequenter cogitarint
 2870 hoc esse praeceptum Dei, ac omnino Deum velle, vt ita faciant: Nemo qui sapit, contra Dei praeceptum facere quicquam praesumat. Secundo id perpetuo ante oculos nostros versetur, quod maxima eos maneant pericula, qui doctrinam sanam quocunque modo audent corrumpere: Siquidem blasphemi fiunt, et in Deum ipsum iniurii: sicut verba praesentia declarant. Dehinc naufragium in fide faciunt: qua ratione non se modo,
 2875 verum etiam alios innumeros in exitium pertrahunt spirituale et aeternum. Postremo, in iudicium et condemnationem incidunt Sanctae ecclesiae Dei, quando nimirum traduntur satanae. Tertio, cum audimus etiannum aetate Apostolorum quosdam foede lapsos, admirari ac metuere debemus Dei iudicium. Datum fuit illis audire ipsos Apostolos: conspexerunt in eisdem inaudita Spiritus sancti dona: viderunt miracula longe maxima:
 2880 experiebantur Euangelii et ecclesiarum insperatam propagationem: viderunt Sanctorum fortitudinem et constantiam in confessione veritatis ad mortem vsque: quin etiam senserunt in semetipsis occultam quandam vim supernaturalium et spiritualium bonorum: et tamen adhuc praecipitati sunt in errores, abnegarunt, imô et impugnarunt agnitam ueritatem, Dei nomen blasphemarunt. Nimirum haec sunt inscrutabilia Dei iudicia,
 2885 quibus alios eligit, uocat, et seruat: alios uero reprobat, excludit, ac perdit. Qui igitur stant, timeant Deum, acuideant ne cadant. qui lapsi sunt, Deum orent, ut lerigere ipsos rursus uelit. Secundo prouidebit interea unusquisque, ne causas lapsus ipse in se foueat aut stabiliat, quae sunt incredulitas et conscientia non bona: quamdiu in nobis firmae sunt fides et bona conscientia, tamdiu sperare debemus successus et constantiam. Verum
 2890 quando hae nutant, debilitantur uel concidunt, errori et abnegationi sumus proximi. Tertio, quemac modum tempore Apostolorum multi a ueritate Euangelii defecerunt, multi falsa dogmata muexerunt atque sectas, neque tamen propterea fas erat iudicare, quod Apostolorum doctrina siue Euangelium non esset ueritati innixum: ita et hoc tempore quanuris audiamus dissidia et offendicula quotidie oriri, nonnullos ex his etsam, qui

2895 ueritatem Euangelii profitentur, mouere certamina: non tamen suspectam habebimus
aut damnabimus protinus doctrinam uniuersam: sed eam quae pura est, atque cum
lege, prophetis et Apostolis consentit, prudenter distinguemus a fermento Pharisaeorum,
atque illam quidem constanter retinebimus, hoc uero iubebimus ualere. Offendicula
atque haereses euenerunt et euenient omnibus temporibus, quo nimirum probetur fides
2900 electorum, et qui probati fuerint, manifesti fiant: I.ad Corinth.11. 1.Petri.1. Nec caussa
ulla erit sufficiens, ut nutemus ac doctrinis uariis et peregrinis circumferamur: ad Hebr.
B. Quarto obseruare nos decet: primo episcoporum et eorum qui praesunt ecclesiis,
officium esse, falsis doctoribus et quibuscunque auditoribus sectarum in omni tempore
obsistere, antequam plures per eos inficiantur. Secundo, diuersa esse quaerenda remedia,
2905 quibus tantam rem prudenter aggrediantur: benigne audire, docere arguere, increpare, et
nihil non facere oportet, quo malum reseceatur: Postremo

mg Honor deis | *mg* 2. Vilit.s peccaius | *mg* AcDiEcatia cierunt. . Tioth.3. 1. Doctrina legis et Euam
ge.is pure tra dendi in ecdioia. | *mg* I. Periculolo queecer4 rumpere. LElaspbemia, 2. Naufragi1 circa fidem.
3. Iudicium ecdesie. III Exemplo et malo alie n0 debemus lapere. | *mg* Causa erroris et abnegaionis.. |
mg 311. Osseii e piscoporuc |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.62]

autem ubi propem omnia videntur frustra tentata, licebit contumaces satanae tradere.
Tertio, conuenit interea publice de omnibus his rebus agere, sicut qui falsa dogmata
sparserunt, publice peccarunt. Propterea. n. Apostolus etiam nomina falsorum doctorum
2910 exprimit, idq̄ tum quo ipsi vehementius promoueantur ac pudefacti aliquando resipiscant:
tum quo caeteri sciant, quinam ipsis fugiendi sint. Quarto: semper ueron huc tendant
consilia omnia et conatus, ut in omnibus demonstremus, nos ex animo quaerere Dei
gloriam, et non de cuiuspian pernicio, sed potius de communi salute omnium esse so
licitos. Decet nos exemplo seruatoris nostri Christi quaerere oves perditas easdenque ad
2915 caulas reducere, et siquas morbidas deprehenderimus, sanare, arundinem com minutam
non confringere. Math1o.Ioan.2.

Porro, quid sit tradere Satanae: tum quas ob causas: item quomodo id ab eccle-
siamiat: quae deinde sint effecta atque fines, paulo accuratius disquiramus. Satanan
est hebraeis odio habere, inimicum esse, aduersari: Genes.24. Esau ipsum Iacob odio
2920 habuit: Vsurpatur eadem significatione uerbum Satan, quod uerbum occurrit i.Reg.5
Zachar. 3. Psalm. 39. 109. Hinc descendit et nomen satan, id est, aduersarius, quod
generatim de omnibus accipi potest, qui nobis aduersantur et laedere student. Dauid 2.
Sam. 19. ad Abisai filium Zeruah quid mihi et uobis filii Zeruiamh? Estis enim mihi
hodie in satan, id est, mihi aduersamini. Suadebant namque ut inter ficeretur Semei, qui
2925 regem conuiciis affecerat. Atqui Dauid interpretatur, si id in reditu ac restitutione sua
face, ret, odium et periculum inde sibi nasciturum: quamobrem sentit consilium hoc
sibi aduersari. Et Matth.16.Christus ad Petrum cupientem ut Christus sibi parceret, nec
adiret Hierosolymam, ubi praedixerat se interficiendum: Abi post me satana, obstaculo
es mihi, quia non sapis ea quae sunt Dei, sed ea quae sunt hominum. Quo pacto et diaboli
2930 nomen legimus generali significatione etiam homini attributum. Christus Ioan.6. de Iuda,

vnus ex vobis diabolus est. Cùm porro in diabolo odium, inuidia et inimicitia aduersus genus humanum maxima sit et perpetua (siquidem inuidia diaboli peccatum introiit in orbem terrarum, et ab initio, vt Christus ait Ioan.8. homicida est) per Antonomasiam diabolus satan passim in scripturis appellatur. Et si quid memoratur factum ad hominum

2935 perniciem, id plurimùm dicitur a satana procuratum 1. Paralip. 21. surrexit satan contra Israel, et incitauit Dauid, vt numeraret Israelem. EtI. ad Thessal. 2. queritur Apostolus, obstitisse sibi satanam, quo minus, cum tamen semel et iterum decreuisset, ad ipsos perueniret. Itaque tradere aliquem satanae simpliciter est permittere, eum aliquo modo ab illo malo spiritu molestandum, affligendum, diuexandum, prout Domino visum fuerit.

2940 Si autem a Domino traditus est satanae pius Hiob, vt primum affligeretur in facultatibus, deinde etiam in corpore: Hiob 1. et 2. Item Paulus 2. ad Corinth. 12. fatetur, datum sibi fuisse stimulum per carnem, nuncium satanae, qui ipsum colaphis caederet. His affine est, quod impium Saulem exagitauit spiritus Domini malus: 1. Samuel. 16.18. Item satanas in ludam introiisse dicitur, Iohan.33. Ex quibus locis colligere licet. Primùm,

2945 infestari a satana pariter pios et impios. Dehinc alios plus, alios vero minus, nempe in facultatibus, in corpore, vel etiam in anima et corpore simul. Sed hoc obseruare oportet discrimen inter pios et impios, quod illi quidem infestantur a satana, ad exercitationem, probationem, humiliationem, ad illustrandam gloriam Dei in ipsorum liberatione et conseruatione, vel ad alios eiusmodi fines, qui ipsis sunt salutares, et gloriam parant: Hi vero

2950 ad vindictam, ad poenam peccatorum, frequenter etiam ad aeternam damnationem. Cùm proinde Deus singulari iudicio propria sua autoritate consueuerit permittere interdum satanae, vt modo pios, modo impios, et alios mitius, alios acerbius diuexaret, placuit Deo eandem potestatem Ecclesiae suae communicare, et quidem vt pars disciplinae adeoque vindictae ecclesiasticae esset, qua redigere in ordinem posset improbos Etenim

2955 in nouo testamento peculiariter data est piis potestas vt exemplo Christi et virtute seu nomine Christi, de qua pmissio facta fuerat ad primos parentes et contriturus esset antiqui serpentis caput, Genes.3. satanae insultus reprimant, eundem

mg Fradere sa nae quid? Eomonse n4. | *mg* Diaboli no men. | *mg* 2 Pii et im phparti festantur a s. tana, alii pl'. alii minus. Piorum et im piorum tentationes et ex ercitationes fine differunc | *mg* c lrcache ta ecclesi

AD TIMOTHEVM CAP. I.

doment, prosternant, vel aliquid eidem permittant. Huc pertinent hiloci: Ioan.12. Nunc iudicium est mundi huius: nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Ioan.18. Spiritus

2960 sanctus arguet mundum de iudicio: quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Et Matth.o. Marci 16. Luc.9.clare dicitur, Christum fecisse discipulis hanc potestatem, vt in nomine ipsius daemonia eiicerent. Ad Rom.16. Deus pacis conteret Satanam sub pedes vestros. Ex his et similibus locis perspicuum fit, in nouo testamento piis datam esse longe

2965 aliam potestatem in Satanam, quam vnquam antea data fuerat. Verum quidem est, habuit ecclesia in veteri testamento nonnullas imprecationes, quibus peccantes deuouentur ac vindictae atroci subiiciuntur, vt Numer.5. Mulieri, quam maritus suspectam habet de adulterio, porriguntur cum execrationibus aquae amarae et haledictae. Item Deuter.27.

[p.63]

et 28.variae execrationes recensentur. Sed in illis non exprimitur aliquid de potestate
 in Satanam, quemadmodum in nouo Testamento: siquidem nondum venerat Christus,
 2970 per quem Satanus est superatus, et subiectus cre dentibus. Legimus 2. reg. I. Elia
 dicente ad quinquagenarium: si vir Des sum, descendat ignis de coelo, et deuoret te,
 et quinquaginta tuos: bis quinquaginta subito absumptos. Et 2.reg.2. Elisa maledixit
 pueris qui illudebant ei, statimque a duabus vrsis e sylua prosilientibus discerpti ex
 2975 eis quadraginta duo sunt. Verùm haec vindicta non erat ordinaria, neque ecclesiae in
 lege proposita, sed potius numeranda inter miracula quibus Deo placuit demonstrare,
 quantus honor veris ministris debeatur. Iden iudicandum de eo est, quod Act.5.refertur
 de Anania et vxore elus saphira, quod, cùm redarguerentur a Petro ob mendacium et
 fraudem de pretio agri diuenditi, subito expirarint. Adhaec incertum, an tales punitiones
 2980 cesserint tantummodo ad interitum carnis, ad spiritus verò salutem. Siquidem illis
 subito morientibus non est concessus resipiscentiae locus, vri his, quos ecclesia in
 nouo Testamento Satanae tradit, quorum certe salutem ecclesia quaerit, non exitium: et
 medicinam illis potius exhibet, quam occidit: sicut 1. ad Corinth.5.licet videre. Ergo, vt
 concludamus, tradere aliquem Satanae est pars ecclesiasticae disciplinae ac seueritatis,
 qua nimirum declarat ecclesia, talem hominem propter flagitia sua non agnoscere inter
 2985 viua membra ecclesiae seu regni Christi: sed potius redactum in potestatem Satanae,
 a quo et possit ad tempus diuexari, grauius vide licet aut mitius, prout Deo visum
 fuerit ecclesiae iudicium comprobare: id autem, quo castigatus et humiliatus in viam
 redeat: quandoquidem de salute eius nondum desperatur. Qua de causa hoc ipsum
 vindictae genus mitiori nomine excommunicationem nonnulli appellarunt: siquidem
 2990 denunciantur homines propter peccata a communione ac societate credentium tantisper
 exclusi ac separati, dum resipiscant. In quam sententiam Christus Matth. 18.ait, eum,
 qui non audierit ecclesiam, habendum pro ethnico et publicano. Et Paulus 1ad Corinth.
 5. prohibet piis, ne cum flagitiosis commisceantur: ac ne cibum quidem cum illis
 2995 capiant. 1.ad Corinth.16. et ad Galat.1.fiunt anathe mata. Itaque nolle commisceri
 cum aliquo, siue excommunicare, habere aliquem pro ethnico et publicano, tradere
 aliquem Satanae, pronunciare esse anathema, fere pro eodem accipiuntur, et simpliciter
 significant grauissimum vindictae seu poenae genus, quod ecclesia post omnia tentata ad
 emendandos et redigendos in ordinem homines infligere potest.

Nunc dicamus, quas ob causas tradi aliquem Satanae iuxta verbum contingat. Cum
 3000 Ape stolus 1.ad Timoth.. Satanae tradat Alexandrum et Hymenaeum, propter corruptam
 ab impijs doctrinam: Rursus 1.ad Corinth.5. Satanae eum tradat, qui rem habuerat cum
 nouerca: mihi nefestum hinc fit, duo recte distingui hominum genera, in quibus ecclesia suo illo
 iure vtetur, Alterum eorum est, qui peruertunt doctrinam. Alterum eorum, qui manifestis
 3005 obnoxii sunt flagitijs. Ac de corrumpentibus doctrinam plures scripturae loci aperte
 agunt. Ad Romae dissidia et offencicula contra doctrinam semel recte traditam gignunt.
 Ad Galat. 1.si quis praedicauerit Euangelium preter id, quod Apostolus praedicauerat.
 1.ad Timoth.4. spiritus impostores tradentes doctrinas daemoniorum. Act.2o. lupi falsa
 loquentes. Ad Tit.3. sectarum autores: L.ioan.4. et2. Epist. ioan. qui doctrinam de
 3010 Christo non adferunt. Hi, inquam omnes illis locis iubentur vitari omnibus, vt nec
 Aue illis dicatur, et habeantur a

mg Imprecationes ueteris te lanenti. | *mg* Tradere Satanae est ecclesiasticae di ciplinpr. | *mg* Vindictaextraordinaria, Tmiraculo Ia | *mg* Excoemnuencatio. | *mg* Ancbenae | *mg* Cause, propter quas ati quis tradi s. lanae debeat, Duo genera eorum, in quos ecclel4 exercere aisciplinam pus potse |

IN I. EPIST. D. PAVLI. EPIST. D. PAVLI

[p.64]

res in scripturis recensentur. 1.ad Corinth.5. Qui cum vxore patris, hoc est, cum nouernathemata. Caeterum manifesta flagitia latius patent, et qui ob ea traduntur Satanae plu ca consueuerat. Vbi mox adiiciuntur, scortatores, auari, simulachrorum cultores, conuiciatores, ebriosi, rapaces. Repetuntur eadem.1.ad Corinth.6.ad Galat.5. vbi de
 3015 operibus carnis agitur. Ad Ephes.5. Item 2. ad Thessalon.3. nominantur qui nolunt operari et inordinate ambulant. De his omnibus diserte dicitur, quod pii non debeant ipsis commisceri, imò ne cibum quidem cum illis capere, quin potius eosdem ex suo grege profligabunt. Porro generaliter dictum est a Christo Matth.18. Quod si ecclesiam non audierit sit ille velut ethnicus et publicanus. Similiter generale est illud Pau li.1.ad
 3020 Corinth.16. Si quis non diligit Dominum Iesum Christum, sit anathema, marana tha. Item 2.ad Thessal.3. particula illa, inordinate ambulantes, generaliter accipi potest Li buit horum locorum separatim meminisse, vt animaduertat vnusquisque, sub his plura con prehendi peccata, quam in locis antecedentibus exprimebantur. Ac fieri potest, vt quis initio ob peccatum non adeo grande moneat ab ecclesia: si tamen contingit eum
 3025 admo nitionem aliquoties factam contemnere aut etiam ludibrio habere, satis significat is, se ecclesiam audire nolle, et Christum ecclesiae caput non diligere: quamobrem meriton seueriore disciplina, hoc est, excommunicatione coërcebitur. Hucusq ex scripturis de cau sis, ob quas tradere aliquos Satanae ecclesia iure potest.

Nunc videamus, qua via ad tradendum aliquem Satanae siue ad excommunicandum
 3030 progressus fiat. Duo sunt in scripturis loci, qui prae caeteris de hacre clarius loquuntur: Alter est ipsius Christi Matth.18. vbi, postquam verba fecit de remouendis offendiculis, et reducendis ad ouile perditis ouibus, ita ad Petrum ait: Si peccauerit in te frater tuus, vade et argue ipsum inter te et ipsum solum: Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: sin vero te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum aut duos, vt in ore duorum aut
 3035 trium testium con sistat omne verbum: quod si non audierit eos, dic ecclesiae: quod si ecclesiam non audierit, sit tibi velut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis quaecunque alligaueris * ritis super terram, erunt ligata in coelo: et quaecunque solueritis super terram erunt soluta in coelo. Alter locus est Apostoli 1. ad Corinth.5. Iam decreui tanquam praesens, vt is qui hoc sic patrauit, in nomine Domini nostii Iesu Christi congregatis
 3040 vobis et meo spiritu, vnam cum potestate Domini nostii Iesu Christi, tradatur Satanae, ad interitum carnis, quo Spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Expendamus quaenam ordine hic dicantur: siquidem Christus gradus quosdam, qui ad exercendum grauissimum hoc iudicium pertinent, constituit. Primo gradu loquitur de peccato, quod, qui fra ter appellatur, in fratrem committit, deque eiusdem priuata correptione. Sunt vero haec
 3045 obseruanda. Primo distinguunt peccata vt alla sint occulta alia manifesta: vtrique generi quomodo remedium adhiberi debeat, Christus praescribit. Ac de occultis primo loco agit. Occulta vero appellant, quae vni tantum vel duobus sunt cognita, vel etiam aliquot alijs, nondum tamen publicata et quam plurimis siue omnibus manifestata. Secundo: quod si proinde frater ita peccauit, vt tu solus sis conscius: satis erit, si solus et priuatim eum

3050 commonefacias, vt respiscere uelit. Tertio: cum Christus dicat de hoc officio, te debere fratrem lucrari, ita nimirum, ut perficias, quo peccatum suum agnoscat, desistat ab eodem, ac uitam libenter emendae: perspicuum hinc fit, summam charitatem, fidelem ex uerbo Dei institutionem, modestiam, oportunitatem, prudentiam, in toto hoc negotio requiri. Quarto: Necessae est, peccatum tibi soli notum diligenter celes. Nam, si euulgaueris, 3055 primo charitatem, modestiam, prudentiam, caeteraque, de quibus dictum est, exuis, ac testaris te potius esse inimicum proditorem, quam amicum monitorem. Secundo, laedis, perturbas, et exacerbis eum, qui lapsus est, sentitque pro remedio sibi infligi uulnus. Tertio: aliis fratribus infirmis et ignorantibus praebes offendiculi materiam et occasionem. Quarto: futurum est, ut temporis progressu peccatum alterius etiam sine 3060 teinnotescat: Deus non patitur crimina manere occulta: Dies os mnia reuelat. Quinto quod de unoquoque homine priuato hic dicimus, accipietur etiam de ministro ecclesiae, qui criminis occulti, ab aliquo perpetrati, siue quia ipse uidit, siue quia unus alterue patefecit, siue ipse reus uluo est fassus, conscius suerite

mg agradus cor rectionis. | mg Quomodo quis trada tur Satanae. Locus Mat th.18. | mg RCortart | mg 1. peccata o custa et ma nifesta. 2'Adnoniuie priuata. 3. Charitas, institutio mo destia, opon tunitas, prudentia hoc il negotiorequiritur. 4. Peccat occulta sun celanda fratri. | mg 2Muisbric clesiae officis in corrigent us lapsis. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

Hicerte neque aperiet aliis, neque quasi ad ecclesiam res esset delata, excommunicare 3065 la psum attentabit, sed tantum vt priuatus priuatum corripiat. Rationes sunt hae. Primo .. cauere debet, ne detegendo alterius occultum crimen, ipse iis modis, quos iam enu- 2- merauimus, peccet grauius Secundo, interest ministrorum ecclesiae, non tantum publice vniuersos, verum etiam priuatim singulos, et per singulas domos docere, arguere, hortari, solari, etc. quemadmodum se facere solitum refert Apostolus Actor.2o. I'ertion 3070 in conspectu est exemplum Christi qui cum sciret ludam esse auarum et proditorem, nequaquam tamen eum a caena exclusit: Quamuis et hoc verum est quod eum aliquoties non obscure monuit, vt ludas se pungi a Christo satis intelligeret: non tamen eum Christus caeteris Apostolis nominatim designauit. Quamobrem minister quoque eum, quem occulte nouit peccasse, admonebit sane diligenter, ac consulet, a sacra caena vt 3075 absteineat: Si tamen adire ausus ille fuerit, nequaquam eum publice arcebit vel pudefaciet. Iam de secundo gradu correptionis ecclesiasticae: Si te non audierit, inquit Christus, adhibe tecum adhuc vnum aut duos, etc. Haec porro conuenit in praesenti obseruare. Primo: adhuc de peccatis occultis sermo est, nempe his, quae aliquot tantum hominibus, non autem omnibus innotuere, vt publica dici nondum possint. Secundo: qui, ad- 3080 hibebuntur, ex iis erunt, qui iam ante sunt conscii. Nam ignaris non temere peccatum, alterius detegatur. Tertio decer et hic cuncta fieri, vt fratrem lucremur, hoc est, eo mo 4. do, quem proxime exposuimus. Quarto: Sed neque statim, si non audiat qui monetur, deferenda causa est ad ecclesiam: quandoquidem peccatum eius nondum pro publico habetur. Fieri autem non potest, quin illius crimen, si, quemadmodum coepit, perre 3085 xerit, tandem manifestetur omnibus. Tum verò Ecclesia proculdubio cognoscet. Quinto:

[p.65]

[p.66]

quod si inter conscios perpetrati criminis aliquis fuerit minister Ecclesiae ad* priuatam istam admonitionem adhibitus, ne is quidem ad ecclesiam rem deferet, multo minus ius ecclesiae in excommunicando a se exercendum putabit. Vnus minister, vel etiam duo: tresue ecclesiam non constituunt, nec ecclesiae ius habent: Recte tamen maiori, 3090 quam antea, seueritate lapsus corripiet, atque ne sacris participet cum caeteris, stu debet persuadere. Sexto: quicumque autem ad hanc admonitionem adiunguntur, ii non tantum vt otiosi testes, verum etiam vt amici consultores aderunt, et pari simul diligentia hortabuntur, obsecrabunt, vrgebunt, atque omnem mouebunt lapidem: quo peccatorem reducant in viam: Id subindicant haec Christi verba, Si eos non audierit.

3095 Tertius gradus, quo fratres peccantes ad salutem addueuntur, is est: Quod si eos non audierit, dic ecclesiae. Vbi haec notantur. Primo, si praecedentibus duobus gradibus quicquam profectum est, atque lapsus peccatum suum agnoscens vitam emendabit, nequaquam opus est, ad hunc tertium gradum conscendamus. Secundo: agitur hoc lo-2. co proprie de peccatis publicis, et a quibus offendiculum longe lateque ad omnium ordi num homines serpit. Tertio: vbi quis pertinax est in malo, atque impietas eius paulatim? 3100 innotescit omnibus, fieri non potest, quin ecclesia aliquo modo resciscat. Nec multum refert quomodo primum reseiscat ecclesia, dum tamen certo et legitima ratione cognoscat. Siue autem id renunciet ecclesiae per eos, qui primi sunt alterius crimine offensi, vel qui iam ante aliquoties ipsum monuerunt, sed frustra se laborasse aduertunt: vel per propinquos 3105 siue amicos: vel per aliquos e ministris ecclesiae satis apte id factum iudicabimus, si modo constet, eosdem id facere ex charitate atque salutis illius desiderio. Non magis improbari debet istorum fides ac diligentia, quam medici vel chirurgi, qui cum videt, se aegrum non posse curare, aliorum opem atque consilium implorat, quos nouit esse peritiores. Quarto: ecclesia, vbi renunciat fratris constans malitia, Chrysost. interprete, 3110 homil.61.in Matth. sunt presules et presidentes ecclesiae. Certem Apostolus 1.ad Timoth.4. congregationem siue consessum eorum, qui manus imponebant designatis ad ministerium, reliquasque ecclesiae publicas actiones exequabant, vocat πρεσβυτερῶν. Et Ambros.ca.. eiusde Epist ad Timoth. testat, in vnaquaque ecclesia olim fuisse aliquot seniores sine quorum consilio nihil in ecclesia agebat. Et capa.in ecclesia. inqt, septem 3115 diaconos esse oportet et aliquot pres, byteros, vt digni sint per ecclesias, et vnus in ciuitate Episcopus Sed et ipse Aposto.

mg II. genus correctionis ecclesiasticae. | mg III. gradus correctionis. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

lus non obscure ditinguit duo presbyterorum genera in ecclesia: alios, qui docent et Sacramenta dispensant: de quibus sunt illa verba ad Tit.I.Presbyterum, siue vt mox loquitur, Episcopum oportet esse tenacem eius, qui secundum doctrinam est, fidelis ” [p.67]
 3120 Sermonis, vt potens sit exhortari per doctrinam sanam, et contradicentes conuincere: » [p.68]
 alios, qui adiuuant Episcopum et hosce presbyteros in ecclesiae gubernatione: quibus [p.69]
 Lad Corinth.12. dicitur dininitus collatum donum gubernationis, quod profecto de magistratibus politicis, qui nulli tunc erant inter Christianos, accipi non poterat. De vtroque autem genere 1.ad Timoth.5. Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni [p.70]

3125 habeantur, maxime ii, qui laborant in Sermone et doctrina. Nimirum et Episcopi et presbyteri omnes simul administrant Ecclesiam. Ex presbyteris autem cum aliis glum in gubernatione versentur atque praesint, alii pariter in gubernatione et doctisna ecclesiae praesunt, atque eo nomine duplici honore digni sunt. Iraque ; ad hos omnes simul quae deferuntur, ea non male dixerimus ad ecclesiam deferri, siquidem hi communi

3130 omnium ordinum nomine, quae ecclesiae sunt curant. Per hos quoque fit, vt postea plebs sessum ecclesiasticum caussa producta est, illius interest diligenter de omnibus inquirere, quo rem totam certo cognoscat: nec licet ad cuiusquam condemnationem festinare, nisi diligenti inquisitione et maturo consilio praeunte. Huc pertinent illa 1. ad Timoth. 5. Aduersus presbyterum accusationem ne admiseris, nisi sub duobus aut tri* bus testibus.

3135 Et paulo post: obtestor, vt haec serues sine praecipitatione iudicii, nihil faciens iuxta propensionem animi. Sexto: Quia vero ad consessum ecclesiasticum contingit varia de peccatis publicis deferri, operae pretium est, vt Seniores omnibus benem exploratis genera criminum diligenter distinguant. Quaedam sunt leuiores possuntque nuncupari delicta: quaedam sunt grauiora et plane scelera. Adhaec, quidam labuntur qui antea modeste et inculpatem vitam semper transegerunt: quidam vero nunquam aena visi sunt frugi esse. Cum illis igitur, et qui ob prius illud genus peccatorum monitione ac reprehensione egent, merito agetur mitius, iuxta ulud ad Galat. 6. Fratres etiam, amsi occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instaurate huiusmodi Spiritu mansuetudinis. Cum posteriori hominum genere, et qui flagitiorum sunt rei, seuerius licebit agere, sic

3145 tamen, vt peccatores semper intelligant, ex charitacunque autem fuerint et cuiuscunque criminis rei, qui a consessu ecclesiastico reprehenduntur, si obiurgationibus, exhortationibus, et autoritate Seniorum permouentur, excommunicationis medicinam procedatur: Sed illis praescribetur publica poenitentia, qua videlicet stato tempore coram tota ecclesia confitebuntur peccatum, humiliter postulabunt sibi condonari, vitae promittent emendationem in omne tempus posterum. Atque hoc pacto ecclesia fratrem lucratur, ouem perditam reducit in ouile. De modo vel tempore poenitentiae non est quod in praesenti agamus. Octauo: Quod si, qui reprehenduntur, nihili faciunt salubria et mitia Ecclesiae remedia, sed contemnunt quicquid ad reducendos ipsos in viam tentatur, tum solum restat extremum remedium Excommunicationis, ad quod inuita ac gemens Ecclesia progreditur:

3155 sicut medicus postquam omnia frustra conatus est, cum dolore parat sese, vt membrum de corpore abscindat. Hic iam constituamus quartum et vltimum gradum disciplinae ecclesiasticae, qui in ipsa actione Excommunicationis consistit. in qua verba Apostoli in primis expendere et sequi nos oportet. Primo: Quando igitur admonitiones priuatae, admonitio in consessu ecclesiastico nihil profuerunt: sed frater peccatis tanquam Sus

3160 luto adhuc inuoluitur: ante omnia recte fiet, si, quibus in locis vel Episcopus ipse non est praesens, vel sedent ad ecclesiae gubernacula presbyteri, arbitrantur aliquas ob causas expedire, ad Episcopum, superiores, aut doctiores homines alibi agentes scribat, atque vel mandatum ab Episcopo, vel certe consilium a praestantioribus petatur. Hac ratione declarabunt, se nihil ex vitioso affectu, vel parum considerate agere, pariterque maiore fiducia in publico ecclesiae negotio deinceps procedent. Huc pertinet, quod exrad te non

3165 ex odio cuncta fieri, et salutem suam quaeri, non perniciem. Septimo: Quales agnoscunt peccata, petunt veniam, submitunt se ecclesiae Dei, tum non est, quod ad si quando ad Excommunicationem proceditur, resciscat. Quinto: Vbi porro ad con

mg Dioges presbytero nen. | *mg* Quomodo tractandi l poenitentes Excomunt catio extremum eccle-
siremedium. A simili. Agradus di sciplinae ecclesiastice est Excommu ricatio. | *mg* 4 Quailo et aduersu
quos exerch da excommunicatio. Ordie etconsiliores gerenda. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

[p.71]

3170 Corinth.s, colligitur, Paulo Apostolo a nonnullis Corinthiis fuisse significatum, quou
apud ipsos aliquis patris sui haberet vxorem, Et 2.ad Thessal.3. quod si quis non obedit
sermoni nostro, per Epistolam hunc indicate, et ne commercium habeatis cum illo, vt
pudore suffundatur. Sin vero caussae subsunt, ob quas non est necessarium ad illum
aliosqueperscribi, ecclesia facere istud omittat suoque vtatur iure. Secundo Expediet
porro, vt, quoniam peccatum iam est manisestum, is qui peccauit argu atur etiam publice,
3175 atque ad resipiscentiam omni studio inuitetur. Sic enim A postolus praecepit 1. ad Timoth.
5. Eos qui peccant coram omnibus argue, vt et caeteri timorem habeant. Hacratione
plebi innotescit actio ecclesiae, atque ad plebem defertur, vt testimonio atque consensu
suo approbet. Nec enim esse conscia et adfliberi debet, vt actionem moderetur: verum vt
3180 vt qui intelligit, se publice perstringi ob suum peccatum, incipiat moueri ad remittendum
sceleratae vitae nuncium. Quod si vel hoc tempore fiat, bene erit, atque lapsus dum se
ecclesiae subiiciens iudicio publice peragat poenitentiam, ac vitae promittat emendatio
nen, abioipetente.

Tertio, Fratres lapso nullam adhuc prae se ferente resipiscentiam iudicat ecclesia
3185 extremum restare remedium, nempe, vt membrum putridum a reliquo corpore resecetur:
Itaque presbyteri siue seniores conuenientes decernant, ecclesiae publicum esse indicen-
dum luctum et moerorem. Esse enim fratrem, qui in peccatis pertinax maneat, qui nolit
audire ecclesiam, quem necesse erit, quando aliter saluti ipsius con sului haud potest,
a communione excludere fidelium: Istud ex verbis Apostoli discimus I. ad Corinth.5.
3190 Et vos inflati estis, ac non potius luxistis, vt tolleretur de me, dio vestrum, qui facinus
hocperpetrasset. Et 2. ad Corinth.12. Metuo ne iterum, v bivenero, humilem faciat me
Deus meus apud vos, et lugeam multos eorum, qui ante peccauerunt, nec eos poenituit
immundiciae, libidinisque, et impudicitiae quam patrarunt. Decet autem hic publicus
luctus totam ecclesiam diuersas ob causas. Primo, ostendere vult, se dolere vicem
3195 fratris, qui adeo est excaecatus et induratus, vt monitiones adeoque vniuersam ecclesiam
aspernetur ac propte rea sit abscindendus a corpore ecclesiae: omnia membra corporis
dolent, quando v num abscindi debet. Secundo, ecclesia declarat studium suum pro
asserenda Del gloria, et vindicando nominis diuini contemptu. Tertio, vt agnoscat
peccati magnitudo. Significat autem ecclesia eiusmodi esse, propter quod Deus vniuer-
3200 sam multitudinem puniret, nisi in illud animaduertatur, simulqueorat ecclesia, vt Deus
parcat, et mala impendentia auertat. Quarto, commendatur hac ratione ecclesiastici
iudici seueritas. Oportet iustis et grauibus causis submittatur iudicium, propter quod toti
ecclesiae luctus indicitur. Et ecclesia dum paret, testatur se approbare. Quinto, qui lugen
3205 peccata aliena, eadem opera deflent sua: suam ipsi consitentur indignitatem ac deploro-
rant, petunt veniam criminum ante patratorem, petunt seruari ne in posterum ruant in
peccata similia. Possunt et aliae commoditates ex hac totius ecclesiae humiliatio. ne

sequi.

Quarto, publico luctu frustra consumpto indicitur publice, vt stato die omnes ii nomine Domini conueniant, sicut Paulus loquitur, ad perficiendam formidabilis ex communicationis actionem. Atque his tot modis, nempe publica redargutione fact, indicto omnibus luctu, nouo isto mandato de conuentu agendo in ecclesia, denun ciatur multitudini, quid agere consessus ecclesiastieus siue ecclesia velit. Ex pio rum autem omnium prompta obedientia intelligitur eorundem consensus et appre batio. Interea fratri lapsu omnibus hisce diebus interpositis conceditur spacium de liberandi, vtrum
3215 velit resipiscere. Nec omittunt pii fratres, siue ex senioribus, siue ex grege aliorum, illum exhortari, ad cogitandum de sua salute. Ad eam usque horam, qua excommunicationis sententia coram tota ecclesia fertur, resipiscenti patere aditus debet, ut libere se ecclesiae sistat, atque agens poenitentiam reconcilietur. Quinto, ubi tandem dies ille constitutus illuxit, conuenit statim in loco tota ecclesia ad excon

mg 2. Publice an gui a bet is, qui public. peceaut. | *mg* 8. Extremum remedium in membri putri di resectione ponitur. | *mg* Cum luctu Ecclesiae fieri debet excommunicatio. | *mg* 1. Cor. 5. 2. Cor. 12. | *mg* Caisseob quas ecclesia lugere de bet amputa tionem mem gri. | *mg* A raione membrorum; condolentite, 2. Zelus pro gloria Dei. 3. Peccati magnitudo. 4. Causa, Jeueritas iudicii ecclestastici. 5. Causa, Peccata pro pria deplorandaindie nis. venie deprecatio. 4. Dics indicendus excon municationi. Spaciumt resipiscentiae. 5. Conuentus ecclesiae. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

3220 municationis (nili statim resipiscentiae dederit significacionem frater lapsus) iudicium peragendum. Itaque absolutis omnibus, quae alias fieri in sacro coetu solent, tria ordine perfeiuntur. Primon causas actionis institutae aliquis e ministris coram multitudine bre uiter exponit, mox autem precatio ad Deum fit, qua Deiopem atque praesidium postulant, vt ipso totam actionem gubernante, quod iustum est exequantur, et quod sta tuent, ratum habere ipse velit. Hoc pacto declarant, se ex praescripto Apostoli esse in nomine
3225 Domini nostri Iesu Christi congregatos, et velle in causa instituta cum eiusdem potestate progredi. Secundo, commemorat aliquis e ministris peccatum hominis lapsi, diligentiam ab Ecelesia adhibitam pro illius emendatione, pertinaciam illius in malo, demonstrat omnia, quae scriptura de his rebus praecepit, esse tentata, ideoque mandato et autoritate ipsius Dei tradi peccatorem satanae, atque a coetu fidelium separari publi ce denunciat. Hoc nimirum est cum potestate Domini nostri Iesu Christi hominem sa tanae tradere. Tertio, monet atque obtestatur omnes, vt fratrem illum vitent, quo pudefa ctus occasionem habeat ce gitandi de poenitentia. Atque his demum partibus viuersum excommunicationis negocium absoluitur. Vitare autem vnulquisque pius excom municatum debet hoc
3235 nimirum modo atque fine. Primum, ne illum in malo audaciorem reddat confirmetque : dehinc, ne consentire eius pertinaciae vlla ratione videatur, atque ita alieni criminis particeps fieri: tum, ne quis talis hominis consuetudine vitium contrahat. Denique ne illum a moeroris atque tristitiae proposito, in quo persistere ipsum oportet, donec emendetur, abducatur. Sed neque permittitur excommunicato, commu nibus interesse precationibus, aut Dominicam adire mensam, ne videlicet ecclesia existimetur cum
3240

[p.72]

illo sentire, aut flagitium eius probare:ne item sacri coetus vilescat au toritas. Huc pertinent illa praecepta Math. 18. Sit tibi velut ethnicus et publicanus. 1.ad corinth.5. Ne commisceamini cum illis, acne cibum quidem cum eiusmodi capiat. Ad Ephess. Ne sitis consortes, συμμέτογοι, illorum. Ad Tit.3. Sectarum autorem hominem fuge.

3245 In secunda Epistola Ioannis: ne recipiatis eum in domum:nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malis. Attamen adire, salutare, alloqui eum, vt admoneas, doceas, corrigas, inducas ad poenitentiam, cuius pio integrum est. Quinetiam excommunicato licebit, vt emat et quaerat sibi necessaria, atque id genus ciuilia negocia priuata exequatur. Adire insuper sacrum coetum, vbi verbi Dei audiat enarrationem, illi

3250 permittitur: sicut etiam Ethnicis et publicanis: quam doquidem spes est, posse ea ibi percipi, per quae flectantur et emendentur.2. ad Thes. 3. Ne commercium habeatis cum illo, vt pudore suffundatur: neque velut inimicum habeatis, sed admonete vt fratrem. Sed haec ipsa, si excommunicationis considerentur fines, intelligi clarius possunt.

Agamus igitur nunc de finsbus, ob quos aliquis satanae traditur siue excommunicatur. Primus sinis est, vt remoueatur ab ecclesia publicum offendiculum, ne videlicet male

3255 audiat flagitiosos impunes ferendo, ac iudicent aduersarii, omnes qui in ea congregatione sunt, flagitiosis illis nihilo esse meliores. Ad Ephes.5. Ne commercium habueritis cum operibus infrugiferis tenebrarum: quin ea potius arguite.1.ad Corinth.5. Etiam profligate istum qui malus est, ex vobis ipsis. Secundus finis. Ne caeteri eius commercio reddantur

3260 deteriores. 1.ad Corinth.5. An nescitis, quod paululum fermenti totam conspersionem fermentat? Expurgate itaque vetus fermentum. Tertius finis, poenitentia, emendatio, atque salus spiritus eius qui peccarat.1.ad Corinth.5.Tradatur satanae ad interitum carnis, quo spiritus saluus sit in die Domini Iesu2 ad Thessal.3. Admonete il illum vt fratrem. Ergo excommunicatio ad vtilitatem, cum totius ecclesiae, tum corum qui lapsi sunt:

3265 denique ad remouenda offendicula, item ad auertendas calumnias hostium ecclesiae, diuinstus instituta est. Cumque tales sint eius fines, fieri non potest quin vbi illa recte exercetur, frugifera sequantur effecta finibus respondentia. Quod ad effecta attinet in ipso peccatore, sciendum quod uerba illa Apostoli, quibus ait, tra di hominem satanae, ad interitum carnis: Chrysostomus quidem homil.15.in 1. Epist. ad Corinth. et qui

3270 ipsum sequuntur, interpretatur, quasi olim ecclesia cum potestate Christi concesserit satanae, et quasi paedagogo castigatori iniunxerit, ut eum, qui audi

mg Triamfaert coeuperus? da. | *mg* 1. Causa ex ponenda a ctionis ustitute. | *mg* 2. Peccati ex positio, in cu Ius emendat, one ecclesia nihil fecit liquum. | *mg* 8. Exbortio ecclesid de uitando ex communiato. | *mg* Quomodo et quamob rem excom municatus | *mg* debeat uitar Sacrorum in terdictio. | *mg* Vsus rerum cuillum excommunica | *mg* tis relinquitur integer. | *mg* 1. Finis ex communitio est offendiculi declinatio. | *mg* a. Finis ex communitio. Ne alii reddantur deteriores. | *mg* 3. Finis excommunitio salus uidelicet petantis. Effecta ex communitio. Bipartita interpretatio traditionis satanae. 2De corporali diuini non satanae. |

AD TIMOTHEVM CAP. I.

re ecclesiam recusat, diuexaret in corpore, morbum videlicet, vel aliud malum (exemplo Hiob, quem Deus voluit eo pacto probars) quo caro, quae petulantior fuerat, domaretur,

[p.63]

immittendo. Alii vero per traditionem satanae intelligunt simpliciter declarationem separationis a Christo et a coetu fidelium, ad tempus, ob quam peccator vsque adeo angeretur vt videns se contemni et vitari ab omnibus, absorberetur propemodum prae moerore: quo pacto caro illius humillata afflictaque quodammodo interiret. Vtraque autem interpretatio, si primae ecclesiae statum consideremus, locum merito habebit. Etenim consentaneum vero est, quod quo tempore expediebat veritatem doctrinae Euangelicae et ministerii ecclesiastici dignitatem comprobari miraculis, nonnunquam corpore visibiliter sint diuexati, quos ecclesia Dei propter peccata satanae tradidit. Haec conueniebat sane tunc multas ob causas ita fieri, Caeterum ex quo tempore tam doctrina, quam ministerium ecclesiae satis est confirmatum, nequaquam pereque vt ante, necessarium est, eos qui excommunicantur, in corpore a satana cruciari. Magnum est, si pudore, vt ad Thessalonicenses dicitur, suffundantur, atque ita emendentur: ideoque erit excommunicatio legitime facta, iuxta metuenda et efficax, atque si externa afflictio in corpore accideret. Rata vsque manet Christi sententia et promissio dicta ad ecclesiam, sotes iustis de causis et seruato ordine excommunicantem, Matt. 18. Amen dico vobis, quaecunque alligaueritis super terram, erunt ligata in coelo: et quaecunque solueritis super terram, erunt soluta in coelo. Neque vero eos, qui excommunicati ac traditi satanae sunt, existimabimus sic penitus exclusos a regno Christi, quasi iam simpliciter damnati, nulla spe salutis relicta, essent: sed statuemus esse admodum aegrotos, quibus tamen medicamentum adhuc porriga, et quos seruari posse in vita confidamus. Ne habeatis, inquit Apostolus, velut inimicum, sed admonete vt fratrem: 2. Thessal. Quapropter his, qui aliquamdiu excommunicati fuerunt, si modo egerunt poenitentiam, reditus patet ad ecclesiam: atque sano corpori membra sanata rursus copulantur. Itaque Apostolus 2. ad Corinth. 2. Scripsi vobis, inquit, non vt moerore afficeremini, mox addit: Sufficit istiusmodi homini increpatio haec, quae facta est a pluribus adeo, vt e diuerso magis condonare debeatis, et consolari, ne quomodo fiat, vt immodico dolore absorberetur huiusmodi. Quapropter obsecro vos efficite, vt valeat in illum charitas. Quando igitur in homine lapsus dolor, seria poenitentia, vitae emendatio, apparent, suadet charitas noxam ei condonari, atque ecclesiae iterum adiungi. Porro apud diuersas ecclesias diuerlum fuisse olim morem lapsos et poenitentes in gratiam recipiendi, ex patrum scriptis licet cognoscere. Vide Tertullian. in libro de poenitentia, Cyprianum liber 3. Epistol. Epistola 14. et 16. Augustinum in Enchiridio ad Laurentium capite 65. Chrysostomum homil. 4. in 2. Epist. ad Corinthios. Et haec de altera parte doctrinae episcoporum quae est de fide.

Sequitur de doctrina ε ταξίως, seu quarundam rerum pertinentium ad bonum ordinem in ecclesia.

CAPVT II

ADhortor igitur, vt ante omnia fant deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, et omnibus in eminentia constitutis, etc vsque ad cap. 3.

SEquitur de doctrina ε ταξίως, seu quarundam rerum pertinentium ad bonum ordinem in ecclesia: quae doctrina semper necessaria est post doctrinam fidei. Etsi enim non sit

ad salutem necessaria, quippe apud perfectos ea nequaquam opus est, vtpote qui omnia
 3310 huiusmodi agunt sponte, neque oportet eos vllis ceremoniis regi aut gubemnari: tamen
 quia hinc accedit non

mg De traditione satanae spirituali. | *mg* An corporaliter uexati sint excommunicati. | *mg* Excom-
 municatio legitima aequae efficacis, ac corporalis affuictio. | *mg* Ande excommunicatorum salute prorsus sit
 desperandum. Lapsis et excommunicatis reditus patet ad ecclesiam per patientiam. | *mg* Ε ταξία necessaria
 est in ecclesia. |

IN I. EPIST. D. PAVLI

[p.64]

nihil adiumenti rudibus, et per hanc doctrinam opera quaedam Charitatis promouentur, et
 seruatur in conuentibus publicis bonus ordo, ideo non est temere contennenda. Ceremo-
 niae et huiusmodi ordinationes habendae sunt in vita, sicut fabro habentur praeparamenta
 3315 ad aedificandum, quae non in hoc parantur, vt aliquid sint, aut aliquid maneant, sed
 quod sine iis aedificari non possit. Nam perfecto aedificio tolluntur, et stultus esset,
 qui semper illa magnificeret et ampliaret, neglecto interim principali aedificio, id est,
 ommissa doctrina fidei. Vnde eatenus adhibendae sunt ceremoniae, quatenus sunt vtilis,
 id est, quatenus significant aliquid et figurant, et quatenus sunt necessariae, id est, non
 3320 possunt commode negligi. Alias enim periculum foret, ne doctrina fidei per doctrinam
 vραξία obscuraretur et laederetur: Sicut pueris opus est et vtile, vt foueantur mulierum
 et puellarum gremiis. quod tamen periculosum foret paulon prouectoribus: Ita iudi-
 candum de ceremoniis. Et sicut paupertas spiritualis periclitatur in diuitiis, fidelitas in
 negociis, humilitas in honoribus, abstinentia in conuiuuiis, castitas in delitiis: Ita doctrina
 3325 fidei periclitatur interdum in doctrina ε ταξία. Haec de doctrina ε ταξία in genere.

Caeterum non hic praescribit Apostolus omnia, quae ad bonam ordinationem per-
 tinent, quae in coetu ecclesiastico agi conueniat: sed vnam tantummodo rem vrget, vel
 ante non satis commendatam, vel parum diligenter obseruatam. Ea est de orando pro
 omnibus hominibus, potissimumque pro magistratibus. Quae quidem vραξία siue
 3330 bona constitutio adeo est necessaria in ecclesia, vt nulla magis: Et doctrinae fidei sic
 adiuncta, vt diuelli aegre queat: et ad charitatem declarandam nulla magis idonea, sic
 itaque ait Apostolus: Adhortor, vt ante omnia fiant deprecationes: Adhortor, inquit,
 Dignissima res de qua inprimis episcopi admone antur, et cuius prima cura omnibus
 Christianis esse debet, nimirum vt oretur. In genere autem oratio dicitur constans et ex
 3335 intimo affectu alicuius rei necessariae a Deo petitio: Etiam si alij malunt, esse mentis
 ad Deum eleuationem. Dico petitionem, quia oportet in ea agnoscamus aliquid nobis
 deesse, quod cupimus a Deo impetrare: vt videlicet nostram fragilitatem vel miseriam in-
 telligentes humiliemur contra Pharisaeorum superbiam, et cum semper egeamus, semper
 ad orandum excitemur. A Deo autem, quia ab illo solo omne bonum descendit, et a nullo
 3340 alio debemus petere vel expectare. Necessaria res petenda est, quia stulta vota vel inutilia
 Deus non audit, et petita iuste negat. Constans praeterea esse debet oratio: quia Deus
 vult saepe rogari, et fidem probare, et saepe rogatus tandem concedit, oportet semper
 orare et nunquam defatigari. Ex intimo affectu: quia ex animo, non fucate, et ardenti
 affectu praecipuum fide, Ioann.4. Veri adoratores in spiritu et veritate orant. Iacobus

3345 sine haesitatione et cum fide vult nos orare. Haec vero requiruntur in oratione, quam vnusquisque pri uatim facit quotidie et vbiuisit locorum. Sed multo magis requiruntur in oratione publica, quae fit ab omnibus in publico coetu et congregatione: quam credi par est semper etiam efficacior fore, quando a quamplurimis et concordibus animis fit, Vult autem fieri orationes ante omnia. Id dupliciter accipi potest: vel vt significet, nihil
 3350 sic necessarium, atque est oratio: ac propterea eam prae quibuscunque alius charitatis officii exercendam: vel vt significet circumstantiam temporis, id est, prima statim diei parte conueniendum ad orationem, priusquam aliquid operis faciamus. Id quod etiam conuenientissimum est, vt primum opus et prima diei portio rebus diuinis dicetur: et quia nihil prius Deo habere debemus, non est quod putemus bene successurum in rel-
 3355 quis rebus, nisi Deum prius orauerimus: quam opinionem commodissimum est teneris et rudibus animis inculcare. Atque hunc morem olim seruatum scriptores testantur: inprimis Tertullianus, apud quem saepe antelucanorum coetuum mentio est. Et Plinius ipse Epistol. libro decimo, ad Traianum Imperatorem idem refert. Testantur eundem morem certi hymni, vt ille Prudentii, Alius diei nuncius et alter, iam lucis orto sydere,
 3360 etc. Atque ita faciendo nihil detrahebantur diurnis operis. Et animus sobrius, ieiunus, a quiete corporis mane maxime compositus est ad res diuinas peragendas, magis quam alia diei parte. Tametsi vt nec eleemosyna, nec ieiun-

mg A simili. | *mg* Ceremoniae quatenus in ecclesia retinendae et celebrandae. A ratione aetatis. | *mg* Ordinationis definitio. | *mg* 1. In oratione homo agnoscit, et confitetur suam ipsius fragilitatem. | *mg* 2. A Deo solo res bonae petendae. | *mg* 3. Res necessariae petendae, uota inutilia praetermittenda. | *mg* 4. Oratio debet esse constans et ardua. | *mg* 5. Oratio proficisci debet ex animo et corde. Iacobus 1. Preces labores et studia hominum debent praecedere. Coetus antelucani. Preces non impediunt labores et operas hominum. |

AD TIMOTHEVM CA P. II.

nium: ita nec oratio temporibus aut diebus est alliganda: sicut nec tunc tantum modo, sed praeterea quacunque alia hora orare, oportunitate est. Porro, quo magis excitet
 3365 omnes ad orandum, utitur congerie, plures orationum species coaceruans: quo nimirum declaret esse maxime necessariam et plurimi faciendam, vt pro eadem significatione liceat omnia illa accipere, et saepe contunduntur, sicut in exordio Philippensium et alibi Apostolus precationibus includit gratiarum actionem. Nonnullis tamen magis placet distinguere, vt Charitatis officia in orando plenius intelligantur, sic autem legimus: Fiant
 3370 deprecationes, obsecrationes interpellationes, gratiarum actiones Deprecatio quae Graece δέησις, significat orationem, qua petimus liberari a malis urgentibus vel imminentibus: unde dicimus quotidie, libera nos a malo. Obsecratio, Graece προσευχή, est qua precamur nobis dari bona: quo pertinet illud, Panem nostrum quotidianum da nobis. Interpellatio, ντευξις, qua querimur de iniuria nobis illata: quo in genere sunt multi
 3375 Plalmi, quibus petimus tales in viam redire et resipiscere: quo videtur pertinere illud. Sanctificetur nomen tuum. Gratiarum actio ευχα-ριστία, cum pro bonis acceptis, imo et pro malis bona voluntate Det nobis inflictis, Deo agimus gratias: quo illud, Fiat voluntas tua. Et haec omnia non solum nostra causa faciendi sunt, verum etiam propter

[p.55]

3380 alios. Deprecandum enim, vt alii quoque a malis liberentur:obsecrandum vt aliis quoque
 bona contingant:interpellandum pro aliorum quoque aduersariis, vt Deus eos emolliat:
 gratiae agenda, tùm etiam, cum aliis bene fuerit. Ideo additur, pro omnibus hominibus:
 Charitas siquidem Christiana nullam personam debet excludere. Nec solum pro nobis
 orare debemus, verùm pro aliis quoque. Nec pro illis tantùm, qui amici sunt, qui bene
 volunt, quiqueconiuncti sunt religione: verum etiam pro inimicis et pro aduersariis
 3385 nostrae fidei. Pro omnibus, inquit, *μαρτυκς*. Deus facit solem suum oriri super malos
 perinde ac bonos. Et si non nisi amicos diligimus, nihilo meliores sumus gentibus
 incredulis. Christus orauit pro erucifigentibus, et Stephanus pro lapidantibus: et quondie
 oramus, Remitte nobis debita sicut nos remittimus debitoribus, et iis qui nos offendunt.
 Et pro bonis ac coniunctis nobis in fide orandum est, vt tales perseuerent, et quantum fieri
 3390 potest, in melius proficiant: pro malis orandum, vt conuertantur, resipiscant. et tandem
 Deus per eos et in eis glorificetur. Pro regibus et omnibus in eminentia constitutis,
 Cum pro omnibus orandum esset constet, at multo iustiissime orandum pro magistra
 tibus. Atque id eo tempore voluit Apostolus fieri quam dillgentissime in ecclesia cùm
 magistratus passim erant ethnici, religionis Christianae hostes: sed ideo multon maxime
 3395 erat pro omnibus orandum, quia illorum nutu atque arbitrio multa fieri poterant per
 quae Euangelii propagatio velimpediretur, vel propagaretur. Vt autem animi eorum
 immutarentur ad fauendum potius Euangelio, quam ad persequendum indurarentur,
 aequum erat orationibus id a Deo flagitare. Quae doctrina etiam a Sanctissimis viris
 olim diligenter fuit tradita. Sic enim Hieremias capite 29. iubet orari pro salute regis
 3400 et regni Babylonis, vnde apparet Pauli verba quaedam huc translata. Quaerite, ait ille,
 pacem ciuitatis, in quam migrare vos feci, et orate pro ea Dominum, quia in pace eius
 erit pax vestra. Similiter Esdras pro Cyro rege Persarum, Baruch. cap.1. pro salute
 Nabuchodonosor orari voluit. Tertullianus Apologetici sus capite 30. hanc Christianorum
 pietatem celebrat. Nos oramus, inquit, pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam,
 3405 imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum,
 orbem quietum, et quaecunq; hominis et Caesaris vota sunt. Sunt autem multae caussae,
 quae nos moueant ad orandum pro magistratibus, quas exposuimus in libello nostro de
 honorandis magistratibus. Apostolus etiam hic argumenta quaedam suasoria attexuit.
 Et placidam ac quietam vitam agamus cum omnt pietate et honestate.) A caussa finali
 3410 siue ab vtili. Ideo orandum est pro magistratibus, quia per eos potest nobis contingere,ut
 placide ac quiete agamus, ac libere Deum laudemus sine ullis molestiis. Certe si nunquam
 datur piis quiete agere, necessario omittunt multa bona opera:imo

mg semper et omni loco orandum est. Congeries συναθροισμός. | *mg* Deprecatio δέησις. Objecratio
 προσευχή. Interpellatio ντευξις. | *mg* Gratiaram action ευχαριστία. | *mg* Emphasis. | *mg* Pro
 inimicis etiam orandum. Math.5. Luc. 6. Matth.27. Actor.7. | *mg* Pro magistratu orandum. | *mg* Vota
 Christianorum pro Imperatoribus. | *mg* ab utili. |

IN I. EPIST. D. PAVLI

quidam etiam malorum magnitudine perculsi, Euangelio malunt renunciare, quam diutius
 propter veritatem afflgi. Qua ex re cùm obscuratur gloria Dei, merito est orandum pro

[p.66]

3415 magistratibus. Et credibile est etiam ethnicorum principum iras remissas, imminuisseque nonnihil suam truculentiam, vbi resciscerent Christianos pro ipsorum salute orasse. Ita nimirum tum orauit Christiani pro impijs principibus, et quietem sibi a Deo impetrarunt, et beneuolentiam saltem principum conciliarunt aliquam. Proinde non eo line optanda est placida et quieta vita, vt luxu et licentia perdamur, et quasi eiecto freno excurramus

3420 in quaeuis vitia, sed vt agamus cum omni pietate et honestate, id est, ex nostra libertate incrementum accipiat vera pietas et promoueatur itidem uitae honestas. Emphasis in nota uniuersali. Nomine pietatis intellige quicquid ad cultum Dei, ad ueram religionem pertinet, siue per dogmata, siue per externa opera: ut liberi conuentus ad orandum, libera praedicatio uerbi, libera exercitatio operum Charitatis, quae proprie pertinent ad propa-

3425 gationem Euangelii et ad incrementum gloriae Dei. Nomine honestatis comprehenduntur quae comendant nos etiam ciuilitate apud homines, et per quae homines aedificantur, instruunturque in bonis exemplis, et occasionem habent bene et sentiendi et loquendi de nobis. Ad hunc ergo finem, ut uidelicet liberem perficiamus ea, quae pertinent ad gloriam Dei et aedificationem proximorum, optanda est placida ac quieta uita. Quod si

3430 hic finis desit, certe metuendum, ne quies et orium potius causa sint malorum, quam bonorum. Certe uix unquam ecclesia fuit in meliori statu, nunquam credentes fuerunt tam puri, simplices, integri, incorrupti, quam tùm, atque cum ryranni saeuirent. Contra ubi ecclesiae coeperunt otari, quiescere, ditari, dominari: diuitiae et quies extinxerunt penitus fidem et charitatem: filia deuorauit matrem, inquit Bernardus.

Nam hoc bonum est et acceptum coram seruatore nostro Deo, qui cunctos homines uult saluos fieri et ad agnitionem ueritatis venire.

3435 Aliud argumentum a Pio. Ait orare pro omnibus, inprimisque, pro magistratibus, bonum esse et acceptum coram Deo. Ac uidetur subesse occupatio. Nam vbi fortassia quorundam sragilitas aut coecitas iudicasset absurdum orare pro iis, qui persequuntur pios, et impediunt gloriam Dei promoueri: respondet, imo id pium esse et Deo in primis gratum. Quando igitur audimus id per se esse bonum, et acceptum Deo, nequaquam

3440 debemus hic esse cessatores. Et vere id bonum ac pium dici potest, quia inde sequuntur plerunque multa bona, et ea inprimis per quae syncera pietas promouetur. Cum addit, Qui cunctos homines uult saluos fieri, et ad cognitionem ueritatis venire, Latet argumentum ab exemplo: quasi dicat: Deus uult omnes homines saluos fieri, quicumque illi sint: igitur et tu debes idem uelle: ac proinde pro omnibus, etiam impiis, orare. Est ergo

3445 hic exemplum insignis bonitatis diuinae, quam conuenit et nos tùm affectu tum etiam diligentia omni imitari. Possumus etiam hic discere, quid maxime debeamus impiis magistratibus comprecari, uidelicet vt ad cognitionem ueritatis perueniant. Veritas autem hic significat Christum, qui est uia, uita, ueritas. Sed hic quaestio oritur. Si Deus uelit omnes homines saluos fieri, qui fit, quod non omnes saluantur? Respondet paucis uerbis

3450 Ambrosius. In omni locutione sensus est, conditio latet: Vnde secundae Petri primo dicitur, omnis scriptura indiget interpretatione. Uult Deus omnes saluos fieri, sed si accedant ad eum. Non enim sic uult, vt nolentes saluentur, sed uult illos saluari, si et ipsi uelint. Nam utique qui legem omnibus dedit, nullum excipit a salute. Numquid item medicus idcirco proponit in pubhco, vt omnes ostendat se uelle seruare: si tamen ab

3455 aegris requiratur? Non est enim uera salus, si nolenti tribuatur, nec gaudere potest in percepta salute, qui inuitus, si

mg A pio. Occupatio. | *mg* Ab exemploA maiori ad minus. | *mg* loan. 14 Questio. Cur non omnes saluentur. Responso ex Ambrosio. | *mg* a simili. |

AD TIMOTHEVM CAP. II.

[p.67]

E tamen fieri potest, accepit medicinam, ut non dicam, quod medicinae effectum habere non potest, nisi ad illam aeger animum accommodauerit, quia haec medicina non est corporalis sed spiritualis, quae neque dubiis proficit, neque inuidis. Fides est enim quae
 3460 dat salutem, quam nisi mens tora susceperit uoluntate, non solum nihil proderit, sed et oberit. Fidei etenim gratia hanc habet potestatem, ut deuotis sibi diuinam infundat medelam, indeuotis uero conferat morbum, per quem totus homo intaereat. Ita Ambrosius. Nec obest, quod Roman.9. dicitur: Deus cuius uult miseretur, et quem uult indurat. Sicut saluatio hominis non est humani meriti. Ita perditio siue induratio non est simpliciter
 3465 diuinae uoluntatis. Deus peccatorum non est autor. Sed indurare sic quodammodo dicitur: quia eos ea facta perpetratos prauidit, per quae et ob quae merito indurari eos permittit. Quare sic statuendum est in tota hac causa de hoc loco et similibus: quod, ut nostris uiribus nequaquam tribuendum est, quod debetur soli gratiae et potentiae ipsius Dei: Ira e diuerso diuinae bonitati nequaquam est imputandum, quod nostra contingit propria
 3470 malitia. A nobis igitur excaecatio est et induratio, a Deo gratia et salus. Excaecatio contingit nobis per Dei iustitiam, quae merito et iure punit nostra peccata: saluatio contingit per Dei bonitatem et misericordiam, quam nullis nostris meritis promeremur: Sicque Deus excaecare et illuminare, misereri et indurare, sed respectu diuerso dicitur. Nonnulli clarius uolentes explicare et simplicius, dicunt, in hac propositione, Deus uult
 3475 cunctos homines saluos fieri, in nota illa uniuersali esse Hebraismum, quo, Omnes, accipitur, pro Omnis generis: ut sit sensus, Deum uelle omnis generis homines saluos fieri, siue gentiles, siue Iudaeos, siue magistratus, siue subditos. Sic quoque accipiendum, ubi mox dicitur, quod Christus dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. Et facit haec ratio non parum ad commendationem diuinae bonitatis, utpote cum ostenditur,
 3480 Deum non esse acceptorem personarum, neque agnosere uelle tantummodo a Iudaeis, aut in sola Iudaea, uerum ab omnibus et ubique terrarum.

Vnus enim Deus, unus etiam reconciliator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum pretium redemptionis pro omnibus, ut esset testimonium temporibus suis.

Plenior probatio adiecta, quod Deus uelit omnes homines saluos fieri: et adhuc persequitur argumentum ab Exemplo, Vnus est, inquit, Deus omnium, qui non respicit personam. Ergo uos quoque respicere personam non debetis, sed pro omnibus, etiam
 3485 aduersariis orabit. Praeterea unus est reconciliator Dei et hominum, uidelicet Christus, qui dignatus est semetipsum dare in preium redemptionis pro omni generis hominibus. Ergo uos quoque saltem orando intercedere pro quibuscumque aequum est. Proinde dicit, Vnus Deus omnium, etiamsi ab omnibus nequaquam agnosceretur. Verum cum unus Deus omnes condiderit, idemque omnes uoluerit in gratiam recipere, et ad agnitionem
 3490 sui nominis uenire, nullos spernetis uel abiicietis: merito omnium et unus Deus dicitur.

Vnde Roman.3. An Iudaeorum Deus tantum? Annón et gentium? Certe et gentium. Quandoquidem unus Deus, qui iustificabst circumcissionem ex fide, et praeputum per fidem. Ergo quando unus Deus omnium praedicatur, mirifice hic nobis commendatur charitas: ac iubemur inuicem, imo et inimicos et tyrannos diligere, ac pro eorum salute
 3495 orare, utpote quorum idem est nobiscum Deus, idem conditor et communis quasi pater, adeoque ipsi quasi communes sunt nostri fratres. Quos Deus ipse non despicit, iniquum est a te contemni.

Vnus etiam reconciliator Dei et hominum, homo Christus Iesus.) Cum diceret, unum esse Deum, non exclusit spiritum sanctum uel filium: quippe substantia unum sunt, qui
 3500 personis distinguuntur. Sicut itaque unus est Deus atque omnium, eo mouert debemus, ut neminem asprenemur. Ita unus quoque est omnium reconcliator, unus

mg Deus quomodo indurare dicatur. | *mg* A contrario. A nobis est excecatio et a Deo gratia et salus.. | *mg* Senentia simplicior et dilucidior. | *mg* Actor.16. Coloso.3. Galat.3. | *mg* Vuus Deus | *mg* Vnus reconciliator. | *mg* Dei dilectio nos ad mutuam hortatur dilectionem. | *mg* Tres personae, una substantia, unus Deus. |

IN I. EPIST. D. PAVLI

[p.68]

est qui omnes cum Deo patre reducit in gratiam, ac propterea non est quod ququam caeteros vilipendat, quasi non habeant eundem reconciliatorem omni tempore ad subue
 niendum ipsis paratum. Proprie autem reconciliator iste seu mediator (ita enim graece
 3505 μεσίτης) Christus est, qui solus ad munus hoc fuit idoneus, et se paratum obtulit. Dissidii erat inter duas partes, videlicet inter Deum patrem, et homines, qui patrem peccando legesque eius transgrediendo offenderant: ita ut iam Deus pater per suam iustitiam merieo vniuersum genus humanum erat perditurus. Nec interim homines vlla ratione iratum patrem potuissent placare. Christus itaque solus reconciliandae multitudinis patrocini
 3510 ad se recepit, solus uoluit et potuit. Proinde ut commodius id faceret, sicut diuersa erat partium conditio: ita placuit ei, ut se vtrique parti accommodaret, vtriusque partis personam induere: sicque mediator inter Deum et hominem dum vult fieri, sicut ipse semper fuit Deus, ita homo quoque in tempore factus est, aptissimeque hominem cum Deo reconciliauit, quando ipse ut Deus erat, apud Deum patrem quiduris potuit efficere, et ut
 3515 homo potuit hominum necessitatem et miseriam agnoscere: et sic utrique parti visus est aequus arbiter, quando vtriusque partis naturam in se habuit. Ille ergo homo Christus Iesus, idemque Deus dependit patri Deo quicquid pro hominum salute erat dependendum. Vnde sequitur,

Dedit semetipsum pretium redemptionis pro omnibus.) Causa dissidii erat peccatum.
 3520 Peccatum autem quoniam non nisi sanguine potest expiari, et quidem non nisi priosissimo sanguine, non taurorum aut hircorum, dignatus est Christus suum ipsius sanguinem fundere, imo totum sese dare in pretium redemptionis, et quidem pro omnibus, ita ut id pretium esset sufficiens ad satisfaciendum irato patri, pro peccatis non nostris tantum, vt dicitur 1. Iohan.2. verum etiam totius mundi, et nullum uoluerit a
 3525 satisfactionis illius participatione excludi: nisi qui semetipsum suis peccatis et perfidia excludit. Singula autem uerba habent suam Emphasin, illa praesertim semetipsum et pro

omnibus. Estque Metaphora in uoce, pretium redemptionis. Solent enim captiui redimi: nam et graece legitur *ντιλυτρον*, ubi nos legimus pretium redemptionis. Significat proprie id uocabulum pretium, quo redimuntur captiui ab hostibus, eamque commutationem, qua capite caput, et uita redimitur uita. Proinde est egregia laus Christi, quaque insignis illius charitas erga humanum genus quod perierat, celebratur, cum ipse uoluerit agere reconciliatorem, et quidem impendendo semetipsum pretium redemptionis, et pro cuiuscunque conditionis hominibus. Iohan.1o. Maiorem charitatem nemo potest exhibere, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Roman.5. Commendat suam charitatem erga nos Deus, quod cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est. Ac proinde nos hoc exemplo Christi ad charitatem moueri debemus. Praeterea ingens consolatio conscientis nostris esse debet, quando nobis sic in scripturis proponitur Christus homo aut reconciliator: ut nunquam profecto sit desperandum, cum hominem habeamus Christum, qui uelit intelligere nostras miserias, et quem audeas compellare: (nam propterea Apostolus eum hic hominem diserte appellat:) et eundem Deum, qui possit peccata nostra tollere. Huc pertinent illa Roman.5. Iustificati perfidem pacem habemus ad Deum, per Dominum nostrum lesum Christum. Roman. 8. Christus est qui mortuus est, et suscitatus est, et sedet ad dexteram Dei, et intercedit pro nobis. I.Iohan.2. Filioli mei haec scribo uobis ne peccetis: et si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, lesum Christum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Hebr.9. Ob id noui testamenti conciliator est, ut morte intercedente ad redemptionem earum praeuaricationum, quae fuerant sub priori testamento, si qui uocati sunt, promissionem accipiant aeternae haereditatis. Hebr.4. Christus dicitur thronus gratiae. Romanor.3. Hunc proposuit Deus reconciliatorem per fidem, interueniente ipsius sanguine. In hos ergo locos et similes passim obuio decet perturbatas conscientias intueri. Postremo discimus unum duntaxat reconciliatorem agnoscere Christum, ne plures nobis reconeiliatores statuamus. Verum quidem est, orant sancti in terris positi pro se mutuo et exaudiuntur, sed propter illum vnum reconciliatorem Christum, qui

mg Vnus media tor Dei et hominum Christus Iesus. Dissidium inter Deum et homines. | *mg* Christus utriusque , partis personam suscipit. Christus Deus. Christus Homo. Peccatum causa dissidii mter Deum et homi nem. | *mg* Hebr.9. | *mg* Peccata hominum non nisi sanguine Christi possunt expiari. Metaphora a captiuis. *ντιλυτρον* quid. | *mg* Christi charitas erga homines ineffebilis. | *mg* Ioan.10. Rom.5. | *mg* Vsus charitatis Christi in nobis. | *mg* Ron.8. |

AD TIMOTHEVM CAP. II.

ipsismet intercedit pro nobis, exaudiuntur. Iniuriam facit Christo, qui alium sibi mediatorem fingit. Sequitur:

3555 Vt esset testimonium temporibus suis.) q' d. Quod Christus dederit se in pretium redemptionis pro omnibus, non pro ludaeis tantum, sed pro cuiuscunque conditionis hominibus: id Deus testatum fieri uoluit toti mundo, omnibusque retro temporibus, vt homines intuentes in tantam charitatem Dei, similiter ad Charitatis officia inter sese praestanda excitarentur. Addit, sibi iniunctum id munus, testandi uidelicet mundo, quod
3560 ita esset.

[p.69]

In quo positus sum ego praeco et Apostolus, veritatem dico in Christo, non mentior, doctor gentium cum fide et veritate.

Confirmatio praecedentis assertionis de vno reconciliatore Christo, a ratione officii sui, et sura ipsius fide integritateque quam iuramento probat. Ostendit proprium suum officium esse testari et palam facere eximiam Dei erga nos charitatem, praecipueque quod Christus sit vnus reconciliator Dei et hominum, qui semetipsum obtulerit in pretium redemptionis pro omnibus. Pronide hic notatur, hanc propriam esse doctrinam Apostolicam de uno reconciliatore Christo. Quare grauisseime peccant, et a doctrina apostolica longissime discedunt, qui alios reconciliatores, uel alias reconciliandi formas meditantur.

Veritatem dico in Christo, non mentior.) Confirmatio est ueluti iuramento adhibito et interpretatio per contrarium. Doctorem gentium se uocat, simulut hanc doctrinam de reconciliatore Christo gentibus magis commendat, simul ut insinuet plenius Christum pro omnibus satisfecisse, non tantum pro Iudaeis, sed etiam pro gentibus: neque fastu ullo uel arrogantia, sed ministerium suum significat.

Cum siue et ueritate) A sua side et integritate. Cum fide, inquit, non cum Syllogismis aut uana eloquentia, non ut fallam aut decipiam. Discant proinde hinc ministri uerbi, quibus rationibus doctrinam suam confirmare debeant, dentque operam, ut uere his uerbis uti queant, uidelicet, se ueritatem dicere in Christo, se docere in fide et ueritate. Hactenus, quod sit orandum pro omnibus.

Volo igitur orare viros, in omni loco, sustollentes puras manus absq ira et disceptatione.

Addit nonnulla de orandi modo. Orare autem uult uiros omni loco. Nam orandum quidem tunc maxime, cum in coetum conueniunt, ubi orari, docet uerbum solet: sed non ibi tantum, uerumetiam ubique et quocumque tempore. Itaque excitat uiros ad orandi diligentiam et frequentiam: et praeterea superstitiones omnes de loco aut tempore orandi resecat. Orandum est omni loco, non solum ubi omnes conueniunt publice, sed etiam domi. Est domus Dei domus orationis: sed nihilominus bene etiam erat, qui, ut habetur Matth.6. Petit secretum cubiculi sui, et ibi orat, humanam deuitans gloriam. Est etiam orandum foris, quia, ut Matth. 5. lucere debet lux nostra coram hominibus, ut uideant opera nostra bona, et glorificent patrem qui est in coelis: Sed sic orandum in propatulo, ut absit Pharisaeica ostentatio: sic in cubiculo, ut animus foris non uagetur, sed ad solum Deum feratur. Superstitiosum autem erat, quod ut habet Ioan, 4. Iudaei dicebant, orandum praecipue in Templo Hierosolymitano, Samaritani uero in montibus. Christus ubique uult orari, modo in spiritu et ueritate oretur. Adsit spiritus et ueritas, nec multum refert, quo sis loco. Non locus orationem commendat, sed affectus fidei, id quod etiam uerba sequentia declarant.

Sustollentes puras manus, abque ira et disceptatione.) Metaphoris sumptis et a sacris deorum, in quibus omnia exterius munda esse debebant, et ab habitu corporis ueteribus inter orandum usitato, ostendit quomodo animos nostros ad orandum componi deceat. Vult sustolli manus: sic enim ueteres manibus eleuatis in altum orabant, id quod et picturae quaedam testantur. Et Exod.17. manus leuante et orante Mose uincit Israel Amalechitas. Significatur ergo per manuum eleuationem eleuatio mentis: sicut et manibus

mg A ratione officii. | *mg* A contrario. Paulus doctor gentium. | *mg* Vbi orandum sit. | *mg* Onni loco orandum. | *mg* Quomode et domi et foris sit orandum. | *mg* In spiritu et uertate orandum. Metaphorae. |

IN I. EPIS T. D. PAVLI

[p.70]

sursum sublatis coelum demonstramus, Deum significamus. Itaque totus in Deum feratur animus per fidem, est necessarium, si exaudiri volumus. Sic Thren3. Leuemus corda nostra cum manibus in coelum. Debent praeterea manus esse purae, id est, nullis sordibus vitiorum inquinatae. Nam cum manibus multa peccata perpetrantur, vt furtum, caedes, rapina, vis illata, pugnae, et c. Cum exiguntur manus purae, exigitur ab omnibus sceleribus immunitas, ita vt Synecdochice per manuum puritatem intelligatur puritas totius hominis, praesertim animi siue cordis. Fide purificantur corda. Sic vero et impuritas manuum damnatur Esa. 1. Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis, et cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestrae sanguine plenae sunt. Sed vt plenius exprimat Apostolus, quid per manuum impuritatem intelligi queat, quasi per interpretationem adiicit, Absque ira et disceptatione. Ira praecipue manus polluit, et per eam omnes affectus vitiantur. Qui irato est animo, plerunque erumpit ad perpetranda scelera. Sed et ideo ira abesse debet ab oraturo, quia oratio debet fieri tranquilla et quieta mente. Quies autem non contingit, vbi ira vel odium, vel appetitus vindictae habet locum. Huc pertinet illud Eccles. 28. Homo homini seruat iram et a Deo quaerit medelam? Matth. 6. Si non remiseritis errata sua, nec pater vester remittet errata vestra. Item quod quotidie oramus, Remitte nobis debita nostra, sicut et nos remittimus debitoribus nostris. Disceptationem autem interpretantur nonnulli haesitantiam, qua videlicet quis secum disceptat, dubitans, num sit exaudiendus. Oportet ergo hominem oraturum non disceptare secum, non fluctuare: sicut Iacobus docuit. Nam qui haesitat, is similis est fluctui maris, qui ventis agitur, et impetu rapitur. Neque existimet homo ille se quicquam accepturum a Domino. Habemus ergo hic non obscura documenta, quomodo nos ad orandum componere debeamus.

Consimiliter et mulieres in amictu modesto cum verecundia et castitate ornare semetipsas, non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut vestitu sumptuoso, sed quod decet mulieres profitentes pietatem per bona opera.

Eadem sine dubio puritas affectuum requiritur a mulieribus quae a viris: sed est praeterea, cuius mulieres sunt admonendae: quomodo videlicet etiam in vestitu sese gerent, vbi ad ecclesiasticum coetum conuenerint. Consimiliter et mulieres, id est, orent, sustollentes puras manus, absque ira et disceptatione.

Sed praeterea volo mulieres ornare semetipsas in amictu modesto, cum verecundia et castitate.) Solent mulieres huic vitio esse obnoxiae, quod magnificentius comptae ambiunt prodire in publicum: qua ex re dum arroganter captant gloriam, et quemadmodum ille ait, videre cupiunt ac videri: sine dubio verecundiam deponunt, quae praecipuum est mulierum castarum ornamentum, et periclitatur earundem castitas. Quae enim uerecundiam exuerit, quaeque uidere et uideri ambit, certe seipsam quodanmodo exponit aliis concupiscentibus expetendam. Vnde Ecclesiastici 26. Fornicatio mulieris excellentia

3635 oculorum, et in palpebris illius agnoscetur. Et prouerbus 6. mulier ornatu meretricio describitur, garrula, uaga, quietis impatiens, quae apprehendens iuuenem deosculatur, ac procaci uultu blanditur, decipiens animam illius. Ecclesiastici 19. de uestitu. Amictus corporis et risus dentium, et ingressus hominis annunciant de illo. Itaque non indecorum modo, sed saepem periculosum est, quod mulieres se uel supra morem patriae, uel supra
3640 facultates suas, uel secus omnino, quam decet matronas, praesertim profitentes pietatem, comunt exornantue. Debent ornatae esse amictu modesto, qui satis est, ut placeant suis uiris. Graece est, ὑκαταστολ κοσμί. Significat autem καταστολή stolam quandam et amictum simplicem, qui undiquaque tegit ac uelat, ne quid sit conspicuum ceu fallax, ut Theophylactus annotauit. Cum humili animo sit orandum, nequaquam decet ueste ea
3645 uti, quae excitet fastum et superbiam. Et quae uenit in coetum, ut agat cum solo Deo, nequaquam debet in ueste prae se ferre, quo uidetur uelle agere cum quibusuis

mg Esa.1. | mg Irae effecta mala. | mg Iacobus 1. | mg Omamenti in muliebris sexus uerecundia est et castitas. | mg Qualis esse debeat mundicies muliebris. |

AD TIMOTHEVM CAP. II.

[p.71]

Hiris. Certem quae ueste operosa excedit reliquas, et suam ipsius conscientiam grauat superbia, et aliorum animos irritat ad ministerium libidinis. In summa, deformat matronam quicquid laedit verecundiam aut suspectam reddit castitatem. Nam etiam suspicionem
3650 omnem euitare consultum est. Sed quid sit amictus modestus, Apostolus per contrarium voluit explicare, dicens:

Non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut vestitu sumptuoso.) Cum orandi gratia adeatur locus orationis, nequaquam se sic component, quasi adirent nuptias aur theatrum, aut lupanar, caussa saltandi aut libidinandi. Vestitum magno sumptu
3655 paratum merito damnat Apostolus, quem etiam damnarunt leges Vestiariae quorundam ethnicorum principum. Nam et Suetonius in Caesare scribit, quae conchiliatam vestem et margaritas, nisi certis personis et aetatibus, perquecertos dies, permisit. Sed multo iustissime damnantur etiam illa superuacanea et operosa, cuiusmodi est torquere crines, et id genus quae non nisi ad lasciuiam sunt excogitata. Ideoque Petrus i. cap.3. Vxorum
3660 ornatus sit non externus, qui situs est in plicatura capillorum et additione auri, aut in palliorum amictu, verum oecultus, qui est in corde homo, si is caret omni corruptela, ita ut spiritus placidus sit ac quietus, qui spiritus in oculis Dei magnifica et sumptuosa res est. Nam ad eum modum olim et sanctae illae mulieres sperantes in Deo, comebant sese et subditae erant suis uiris. Sed de omni hac re copiosissime Tertullianus, qui unum
3665 librum conseripsit de habitu mulierum, in quo potissimum ornamentorum et monilium usum reprehendit: alterum, de cultu foeminarum in quo fucum, lenocinium et nitorem operosum reprobatur: EundemqueCyprianus imiratus est libro de habitu uirginum.

Sequuntur ouo racita argumenta, quibus ad modestiam uestitus hortatur. Sed quod decet mulieres: Argumentum a Decoro. Ideo contentas esse decet uestitu simpliciore,
3670 quia id decet, maxime eas quae conueniunt ad orandum. Non conuenit matronis euntibus ad locum orationis idem habitus, qui uix conueniat adeuntibus nuptias aut theatrum: sed omnium minime decebit Profitentes pietatem per bona opera: Argumentum ex

circumstantia a conditione religionis. Vt talis sumptuosus habitus alias mulieres fortasse
 3675 deceat, at nequaquam decet eas, quae profitentur religionem Christianam, quae pietatem
 suam testari debent per bona opera, id est, in omnibus moribus externis, non. solum dictis
 et factis, sed etiam ipso uestitus genere: Ita namque religionem suam atque innocentiam
 testari debent Christiani, in omni uita, in dictis, factis, uestitu, incessu, denique in
 omnibus rebus, quae ad aedificationem seu bonum exemplum aliorum queant fieri.

*Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Ceterum mulieri docere non permitto,
 neq̄ auctoritatem vsurpare in viros, sed esse in silentio.*

Quoniam hic praescripsit, quomodo in coetu ecclessastico mulier sese geret in uestitu,
 3680 inter orandum, adiicit per occasionem quomodo se habebunt in coetu ecclesiastico
 in discendo: atque haec ordinatio ualde quoque necessaria est et utilis. Proinde uult
 mulieres in coetu ecclesiastico, cum docetur, nihil aliud quam humiliter silere et benignis
 auribus amplecti quod proponitur: non aliqua a doctoribus inquirere, etiam si fortassis
 3685 sit de quo dubitent, multo minus ferendum ut ipsae doceant. Clarius explicat haec
 ordinatio siuae ε τὰξία 1. ad Cor.14. ubi uiris quidem permittit singulatim omnibus
 prophetare, ut omnes discant, et omnes consolationem accipiant: Sed seruato interim
 ordine, et ne plures simul loquantur: At mulieres uult prorsus silere: Mulieres uestrae in
 ecclesiis sileant: inquit: nec enim permissum est illis ut loquantur, sed ut subditae sint
 quemadmodum et lex dicit. Quomodo si quid discere uolunt, domi suos uiros interrogent.
 3690 Nam turpe est mulieribus in coetu loqui. En quod, etiam si quid discere uellent, ipsarum
 tamen non est in ecclesia interrogare doctores. Caussam addit, indecorum esse mulierem
 quoquo pacto loqui in coetu, Est enim superbum animal mulier, et sicut ex uestitu gloriam
 inanem captat, ita multo magis captaret gloriam ex quaestionibus. Et praeterquam quod
 3695 fortassis parum conuenientia interdum proponerent, tum doctorum contemptus inde
 nasceretur, praesertim si absurdis quaestionibus muliercularum pro palato omni non
 satisfaceret. Sed potuisset eadem res ridicula uideri ethnicis, si permissum

mg A decoro. | mg A circumstantia et conditione religionis. | mg Quomodo mulieres sese gerent in
 coetu ecclesiastico in docendo. | mg Mulier in ecclesia silat. | mg A turpi siue in decoro. Mulier
 animal seperbum. |

IN I. EPIST. D. PAVLI

fuisset mulieribus Christianorum in coetu loqui aut disputare. Minimem itaque decet
 mulierem aliquid curiose aut fastuose inquirere, cum deceat ipsam in omnibus humili-
 tatem prae se ferre. Ideo addidit Apostolus, discat, cum omni subiectione: Nequaquam se
 3700 geret ut subiectam, quae in publico conuentu cupit uideri vel audiri loquens vel disputans.
 Iam si ne interrogare quidem licet mulieri aliquid in coetu, iuxta Apostoli praescriptum,
 sed potius domi debet discere ex marito: at multo minus permittendum est, ut in ecclesia
 doceat: Vnde sequitur,

Caeterum mulieri docere non permitto, neq̄ auctoritatem vsurpare in viros, sed esse
 3705 in silentio.) Vnum inconueniens ex altero sequeretur. Si mulier permittatur docere. et

[p.72]

praescribere etiam viris credendi et viuendi normam: lam plane sequitur, quod mulier arroganter vsurpabit autoritatem in viros: quod valde est absurdum et prorsus contra naturae ordinem. Nam mulieri dictum est a Deo Genes.3. Sub viri porestate eris, et ipse dominabitur tibi. Quod praeceptum cum de obedientia mulieris etiam in priuatis rebus
 3710 sit intelligendum: nequaquam ferendum erit, vt illa aliquid pro suo arbitrio constituat in rebus publicis siue in coetu ecclesiastico. Si non potest suo nutu aliquid agere domi in causis priuatis, multon minus id licebit ei in ecclesia in negociis religionis. Est aut turpissimum si qui viri tam degenerant, qui sibi permittant vxores licenter imperare, et videntur in naturam ac Dei ordinationem peccare. Eccles.25. Mulier si primatum
 3715 habeat, contrario est viro suo. Tametsi non abutentur viri sua hac potestate sibi diuinitus concessa. Aliquid etiam concedent mulieri intra parietes. Nam et docere domi, mulieri non est negatum, siquidem Priscilla Actor.18. vna cum marito Aquila, docuit quaedam Apollon Alexandrinum. Et alibi fidelis mulier iubetur virum infidelem commonefacere, et si possit, Christo lucrifacere. Et exigitur ab omnibus matribus familias, vt prima
 3720 elementa seu Catechismum doceant suos liberos. Imo aliquando permittit in aliqua causa mulieri etiam publicem adferre sanum, si quod habeat, consilium, tametsi non temere. Iudic.5. Debora erudiuit populum Israel. Non autem quond publice doceret, sed dedit quibusdam in rebus consilium, quoniam afflata erat Spiritu sancto, qui interdum et per sexum fragilem dignatur res magnas efficere, et occulta vel admiranda indicare.
 3725 Vnde et Ioel.2. legitur: Et prophetabunt filii vestri et siliae vestrae. Et Maria virgo cecinit spiritu Sancto afflata canticum, Magnificat:Item Actor.21. Philippi quatuor filiae uirgines prophetabant: Rursus 1.Corinth.11. Mulier orans aut prophetans iubetur velare caput. Sed tamen ex his non sequitur, quod publice docere permittentur, cur autem non sit istud ferendum, sequitur:

Adam enim prior formatus est, deinde Eua: et Adam non fuit deceptus sed mulier seducta fuit per praeuaricationem,

3730 Duo argumenta, cur mulieri non sit permittendum, vt doceat uel usurpet autoritatem in uirum. Prius est ex ratione creationis. Aequum est, ei praeeminentiam concedere in docendo et imperando, qui primùm est a Deo conditus. Sed Adam formatus est prior Eua. Igitur debetur ei praeeinentia et imperium. Intelligendum autem est, idem
 3735 obseruari debere ius dignitatis in posteris, quod contigit primis parentibus. Et per Adamum conuenienter intelliguntur omnes uiri, per Euam omnes mulieres. Quod autem prior conditus fuerit Adam, Geneseos liber clare docet. Alterum argumentum est a ratione lapsus, negatiue. Illi non est permittendum munus docendi, qui ruinae caussa extiterit. Sed mulier extitit caussa ruinae. Igitur ei non est permittendum docendi munus. Significanter dicit mulserem seductam, non Euam, quia id malum in uniuersum
 3740 genus mulierum debet redundare. Nequaquam autem tutum, ei credere, quae semel in praeuendo sic decepit. Nec est, quod ambiat docendi aut imperandi munus, quae in ipso exordio, ad leuissimam persuasionem impegit et in errorem induxit. Quomodo autem mulier prius assenserit fallaci serpenti, et prius fuerit praeuaricata gustando fructum ueti»
 3745 tum, uide Genes.3. Sic ibi legitur: Vidit mulier, quod bonum esset lignum ad uescendum et pulchrum oculis aspectuquedelectabile, et tulit de fructu illius et comedit: de,, ditque uiro suo, qui comedit. Et post pauca, Adam dicit, Mulier qua dedisti mihi sociam.

mg Ab inconue nienti. | *mg* A minori. | *mg* Ab exemplo. 1.Corin.7. | *mg* 1.Arg. A raione creationis siue ordine naturae. Synecdoche. 2.arg.a ratone lapsus. |

AD TIMOTHEVM CAP. II.

[p.73]

dedit mihi de ligno, et comedi. Et mulier. Serpens decepit me, et comedi. En ibi se priorem et seductam mulier confitetur. Ratio ergo est euidens, cur mulieri non sit permit tenda facultas docendi. Nunc viderint qui committunt mulieribus gubernandas
3750 respublicas et amplas ditiones: Sine dubio ira Dei est manifesta, cum mulieres alicubi admitrant. Amazones quidem maudito exeipio tenuerut regnu, ieu tantum inter mulieres, in regno viris vacuo. Neque exemplum id est probatum, neque diuturnum fuit earum regnum.

Salua tamen fiet per generationem liberorum, si manserint in fide ac dilectione, et sanctificatione, cum castitate.

Emollit, si quid fortasse durius dixisse uideatur: et ostendit aliud mulierum esse officium,
3755 nempe quod educare et docere debeant suos liberos et sic si dicantur caussa ruinae extitisse, saluae esse queant etiam: quasi dicat: Non sit vobis molestum, ô mulieres, si vobis cum sitis fortassis ingenio pollentes, negatur tamen munus docendi. Potestis alia ratione vos exercere in pietatis operibus ad salutem vestram, et si ita vultis, etiam docere. Etucate et docete diligenter, tum rudimenta religionis, tum caetera quae pertinent ad
3760 morum honestatem, vestros liberos, in his docendis operam impendite, et haec opera erit vobis salutaris, maxime sivos ipsae semper in fide et charitate perstantes sancte et caste vitam transigatis. Haec conditio vere honorifica est, et satis habens in se dignitatis, etiamsi publice docendi in ecclesia ius vobis adimatur. Et recte adiecit ista Apostolus, post inustam muliebri sexui notam, de caussa ruinae humani genenis. Quamuis mulier
3765 fuerit occasio damnationis, tamen potest illa quoque esse occasio conseruationis. Ipsa inprimis potest salua fieri, si manserit in fide et dilectione, et aliquo modo dici caussa salutis filiorum, quos ipsa bene instruxerit, et instrus ad gloriam Dei rite curauerit. Sicut sine dubio multum iuuuit Timotheum, quod recte ab infantia, procurante matre, in sacris literis fuerat institutus. Itaque hic cum ait, per generationem liberorum, intelligi
3770 conuenit, quicquid ad puerorum generationem et educationem pertinet, nempe partus dolores, labores in educando, diligentiam et curam in formanda infantia et pueritia, quae sine dubio laboriosa sunt, et Deo inprimis grata officia, maxime si ex animo et longanimiter a matribus perficiantur. Hinc discimus, non satis esse, si parentes curent, vrliberi viuant, sed oportet eos curare, vt bene viuant, vt in fide et timore Domini etiam
3775 a teneris vnguiculis instituantur. Eccles.7. filii tibi sunt, erudi illos, et incurua illos a pueritia illorum.

St manserint in fide ac dilectione et sanctificatione cum castitate.) Graece legitur, $\alpha\nu \mu\acute{\epsilon}\nu\omega\sigma\iota\nu$, plurali numero, si manserint. $\tau\acute{\epsilon}\rho\omega\sigma\iota\varsigma$ numeri per hebraismum, qui est Paulo frequens, vt hic numerus respiciat ad id, quod principio habebatur. Consimiliter et
3780 mulieres. Quidam vitantes hebraismum malunt legere in singulari numero. Perspicuum autem est, verbum istud referendum ad mulieres, non ad liberos. Quis enim sensus fuerit:

Mulieres saluas fore, si liben manserint in fide et dilectione: quasi vero in potestate mulieris esset, efficere, vt tales maneant, aut ipsa alioquin seruari non possit, nisi illi integri in fide perstent? Significatur itaque mulieres ipsas saluas fore, non quidem ratione
 3785 educationis prolium, quasi ea re salutem promererentur, sed (quod per Correctionem uidetur addi) si quoque diligentiam omnem expenderint in educandis prolibus, manserint in fide et dilectione, id est, si a fide et Charitate non excidant Et si manserint in sanctifica-
 3790 tione, id est, ea praesent, per quae eas sanctas esse agnosci queat: denique cum castitate, id est, si uerbis, factis, denique uniuersa uita sobrietatem et castitatem, et modestiam prae se ferant. Proinde hic locus est admodum consolatorius, praesertim iis mulieribus, quae arbitrantur, se prolium turba grauari. Scire debent, suam conditionem Deo probari, maxime si diligentes sint in liberorum suorum honesta educatione. Et matronarum singulare decus esse liberos, constat ex Corneliae Gracchorum iudicio. Apud hanc enim cum Campana quedam matrona diuertisset, quae ostendit ei monilia sua, qualia
 3795 illo seculo maximi fiebant, illa remorata est Campanam sermone, donec liberi e schola redirent. Tum, haec, inquit, ornamenta mea sunt: sentiens matronae nihil esse pretiosius, quam liberos recte educatos. Item com

mg vbi et quos docere debeuit mulieres. | *mg* Mulier quomodo saluari queat. | *mg* τέρωσις numeri per Hebraismum. | *mg* Correctio. | *mg* 1. Thess. 4. Haec est uoluntas Dei, Sanctificatio uestra, etc. | *mg* Liberis bene educatis mulieri nihil pretiosius, nihilquelaudabilius. |

IN I. EPIST. D. PAVLI

mendantur hic praecipua ornamenta matronarum, per quae salutem queant consequi.
 fides, inquam, et charitas, quae in omnibus requiruntur: Deinde sanctificatio et castitas,
 3800 quae tanquam monilia sunt et decus praecipuum omnium matronarum. Ethaec quidem de doctrina τ ς ε ταξιας breuiter delibata.

[p.74]

Posterior pars Epistolae, in qua ostendit qualis episcoporum vita esse debeat, ac primo quomodo se gerent priuatim in domo sua et erga familiares.

CAPVT III

INDVBITATVS sermo. Si quis episcopi munus appetit, honestum opus desiderat. Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris maritum, vigilantem, sobrium, etc. usque ad cap.4.

QVemadmodum in argumento diximus, distribuitur haec epistola in duas partes principales: quarum prior de doctrina episcoporum agit, posterior de vita. De hac incipit apostolus in praesenti disserere. Cum autem in vita episcopi spectandum sit, primo quomodo se gerat priuatim in domo sua et erga familiares: Deinde vero quomodo publice
 5 et in ecclesia erga cuiuscunque ordinis homines: hoc loco depingit, qualem episcopum domi suae esse deceat, et quibus virtutibus ornatus conspici debeat.

Indubitatus sermo.) Statim autem, et velut lege Attica νευ προοιμίου καὶ πάθος rem aggreditur, vti saepe alias. Indubitatus sermo: quasi dicat: Quae nunc dicam, certa acrata habeantur, fide digna sunt. Sic enim graece πιστός λόγος. Vno itaque uerbo
 10 praefatur et attentos reddit. Nonnulli existimant ueluti per occupationem praefixum esse. Nam cum diuersi munus episcopi appeterent, atque alii quidem spe quaestus aut gloriae, alii sine dubio synceriter, et ad promouendam pietatem, atque illi nihilominus praetexerent honestatem perinde atque isti : videtur Apostolus se velut arbitrum voluisse huic quaestioni interponere, dicens: Indubitatus sermo: quasi diceret: Dicam quodres
 15 est: Si quis episcopi munus appetit, honestum opus desiderat: Si tamen is talis esse velit, qualem in ea functione esse oportet. Theophylactus autem secutus suum Chrysostomum, haec verba, epilogi vice adiungit praecedentibus quae dicta sunt de officio mulieris, vt sit sensus: Ea quae dicta sunt de mulieribus per generationem et educationem liberorum saluandis, uera esse, indubitata, fide digna, ac minime de illis dubitandum. Magis
 20 consentaneum videtur, connectenda iis, quae sequuntur de vita et moribus episcoporum, et ad renouandam attentionem exordii loco praefixa. Proinde sic definit Apostolus.

Si quis episcopi munus appetit, honestum opus desiderat.) Quoniam episcopi munus recte administratum, per se bonum est et gratum Deo, definit Apostolus eum bene agere, qui id munus appetit, ea videlicet intentione vt recte administret. Obseruanda autem
 25 vocis proprietas πiscoπή, ita enim graecam vna vox est, vbi nos habemus, episcopi munus. Significat igitur πiscoπή diligentem inspectionem, speculationem, obseruationem, visitationem: a verbo πiscoπέω, quod est considero, superintendo, recenseo, recognosco, etiam uiso aegrotum, uel, ut uulgo dicunt, uisito. Vnde πiscoπος obseruator, speculator, explorator, custos, uisitor. Et erant episcopi dicti quidam magistratus
 30 apud Athenienses et Lacedaemonios, quos et αμοσάς uocabant. Praeerant ii reficiendis seruandisque arcibus et publicis aedificiis. Etiam iudices in publicis certaminibus dicti sunt episcopi. Hinc nomen episcoporum accommodatum est iis, qui praesunt ecclesiis, quorum interest iuxta nominis significationem, considerare, superintendere, uigilare, uisitare, denique omnibus modis prospicere et cauere, ne quid gregi credentium incom-
 35 modi in doctrina fidei uel morum accidat. Est episcopus magis officii.

mg Deuita episcopi. | *mg* Auentio. | *mg* πiscoπή quid. | *mg* πiscoπος. | *mg* Episcopis Atheniensium et Lacedaemoniorum. Episcopi munus. |

.AD TIMOTHEVM CAP. III.

diligentiae, et laboris nomen, quam dignitatis. Multa cura; multi labores, muntum taedum ei erit deuorandum, qui hoc munus recte obibat. Quod cu isa fit, recre ait pauius, Si quis episcopi munus appetit, bonestum opus desiderat.) Episcopi munus opus vocat

Nam reuera non est quod in otio et per lusum poisit obiri: sed valde operosa res
 40 et ple na molestiarum functio, quam nemo ambire debeti nisi qui prius metitur, quid hume ri eius possint, quid ferre recusent. Qui sua metitur pondera serre potest. Recte qui dam interpretantur opus Hebraico more accipi pro labore: Sic enim opus manuarium et laborem manuarium pro eodem dicimus. Et honestum opus vocat episcop munus, quia si in virtute honestas sita est, merito ea functio honesta appellabitur, in qua oportet

[p.75]

45 quamplurimas virtutes relucere. Neque vlla plus honoris meretur, quam quae tota ad
 Dei honorem augendum expenditur. Hoc igitur pacto definit Apostolus omnes in genere
 quicumque sint, qui episcopi munus appetunt, honestum opus desiderare. Si quis, inquit.
 Neque enim ita ad Timotheum ista scribit, vt non velit eadem cognosci ab omnibus, et vsui
 esse omnibus piis, et omnibus temporibus. Ista itaque debemus ad nostra tempora, sicut et
 50 quamcunque doctrinam Apostolicam accommodare. Videre quidem est interdum multos,
 qui episcopi munus appetunt, sicut Apostolus appetendum intelligit. Nam appetere, uti
 Apostolus hicsignificat, nihil aliud erat, quam vitam suam et doctrinam per omnia ita
 instituere et cognoscendam omnibus piis proponere, vt discernere omnes possent, eu qui
 sic viuebat et docere poterat, idoneum esse, cul tantum munus committeretur. Haec erat
 55 appetendi tantum munus ratio, hic erat ambitus, et desiderium honesti operis. Nam tunc
 quidem eligebantur in vnaquaque ciuitate ab vniuersa credentium multitudine, vel saltem
 ab episcopo, seu Apostolo aliquo, qui illic docuerat et alio proficisci debebat, populo
 interim consentiente et approbante. Hoc vero pacto non erat eligendus nisi qui prorsus
 talis erat doctrina et vita, qualis hic ab Apostolo describitur. Itaque eniti quemquam,
 60 vt talis fieret, et idoneus ad tantum munus iudicaretur id orat episcopi munus appetere
 At nunc, d̄ dolendum, longe alia ratio est. Nulli magis appetunt, et nulli eriam citius
 obtinent, quam qui omnium minime sunt idonei: cum tamen nihil sic optandum foret
 nihilque conducibilius reformandis ecclesiis, quae passim iam sunt corruptae et desolatae,
 et doctrina sana orbatae, quam vt ad veterem illam eligendi episcopos formulam rediretur.
 65 Certum est, si vel husus rei haberetur ratio, id est, si illi duntaxat praeficerentur ecclesiis,
 qui vere sunt idonei, qui doctrina et vita sua se commendant, qui non dignstatis sed
 officii, non quaestus sed labo ris, non arrogantiae aut propriae gloriae, sed vtilitatis
 publicae et gloriae Dei desiderio appetunt: sperari posset sanam docttinam ecclesiae
 restituendam, et abusus omnes et sectas prope; diē cuertendas. Non est itaque temere et
 70 a quibusuis id munus ambiendum, ne que quibusuis ambientibus deferendum. Hebus 5.
 Nemo sibi vsurpet honorem, nisi a Deo uocetur, quem admodum et Aaron. Percussus
 est lepra Ozias rex Iuda de quo 2. Paralip. 6. et e domo Domini eiectus, quod officium
 sacerdotum sibi arripere uoluit, et thus superaltare thimiamatis adoleuit, quod tamen
 factum per se non uidetur malum. Sic Nadab et Abihu filii Aaron, quod alienum ignem
 75 intulissent in Templum Domini, ut habetur Leuit. 10. ab igne deuorati sunt. Item Numer.
 16. Chore, Dathan et Abiron, quia impu denter aspirarunt ad dignitatem, quae ipsis
 non debebatur, sed Most et Aaroni, a tetra dehiscente absumpti sunt, et descenderunt
 in infernum uiuentes. Sicut autem periculo sum est appetere munus episcopi, cum a
 Deo non uocaris, ita rursus periculosum est, si uocatus id recuses, uel negligas. Vnde
 80 Exod. 3. 4. Dominus iratus est Mosi, qui recusabat, caussans suam balbutiem. et Hierem.
 1. Hieremias reprehenditur a Deo dicente, Noli dicere, quia puer ego sum, quoniam ad
 omnia, quo mittam te, ibis, et uni. uersa quaecunque mandauero tibi, loqueris. Ideo
 laudatus Esaias, qui, ut habetur Esaias 8. intelligens se uocari, lubenter se obtulit, dicens.
 Ecce ego, mitteme. Et Paulus Act. 9. promptum sese exhibuit, quando ait: Domine,
 85 quid me uis facere. Foelix ergo ille, qui cum sit idoneus, se etiam idoneum ostendit, et
 sic modeste taciteque episcopi munus ambit. Foelix item ille, qui ad munus id a Deo per
 muleitudinem eligentem uotatur, et dum uocatus est, non negligit, sed strenue et cum
 laude sludobit.

mg Soiscopim nus in laboribus et soucitudine uersatur, non AAuse etfeStuitate. | *mg* Episcopine aus non temere estanbiendum. | *mg* Εξέρμεστῦ qui ob temere affectatum ntunuis, diuinius sunt pu niti. Munusa beomposilum non redisnum |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.76]

Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, et vnus vxoris maritum, vigilantem, sobrium, modestum, hospitem, aptum ad docendum, non vinolentum, etc.

lam qualem eum esse deceat, qui episcopi munus ambiat, quique ad id omnium suffragiis
90 admittetur, describit, requirens non solum in eius persona uirtutes plurimas, uetumetiam
a crimine immunes uult vxorem, liberos, ministros. Ac primum quidem de episcopo in
genere ait,

Oportet episcopum irreprehensibilem esse:) id est, inculpatae vitae, tamque ; im-
munem ah omni vitio, ut ne Momus quidem, si fieri possit, aliquid in eo reprehendat,
95 saltem iuste. Nam a malis iniuste uituperari, id etiam in laude ponendum est: sicut
ab illaudato viro laudari illaudabile est. Quis enim omnibus placeat ? aut quis malis
placere gaudeat? Et quomodo refrenentur linguae malorum hominum, qui in quemuis vel
integerrimum linguae suae spicula venenata iaciunt? Christus ipse, Apostoli, caeterique
sancti non potuerunt peruersorum obloquia et detractiones effugere. Tunc autem erit
100 apud bonos irreprehensibilis, ubi uita ipsius doctrinae responderit. Alias enim si inno-
centiam multum commendare uelit, qui ipse nocens reperitur, si de puritate multum disi-
serit ipse impurus, si vitia in aliis damnat, quibus ipse est obnoxius: hunc ne boni quidem
satis ferant. Quantum enim is docendo aedificat pridie, tantum non recte agendo destruit
postridie. Istud quidem in genere, quod irreprehensibilis esse debeat, et vacare omni
105 crimine episcopus, abunde satis dictum uidebatur: sed placuit Apostolo etiam diuersas
virtutum species, quibus ornari uult episcopum, necnon per contrarium uitiorum species,
a quibus episcopus abesse debet, subiicere.

Vnius vxoris maritum.) Quoniam, si episcopus scortatione vel adulterio sese polluat
(quod periculum fere semper iis imminet, qui propriae fragilitatis immemores se ob-
110 stringere uolunt coelibatui:) non potest in aliis eadem vitia reprehendere: imo et malo
suo exemplo fenestram aperit et aliis ad omnia impudicitiae genera: ideo episcopus,
ut etiam suspicionem illorum uitiorum effugiat, vnus vxoris maritus esse debet. Sane
si cui donatum est a Deo, ut possit vxore carere et pudice uiuere, non est coniugii vin-
culis irretiendus. Bonum est enim mulierem non tangere, ob incommoda quae solent
115 coniugatos ministros uerbi, maxime ubi perturbantur imminente persecutione, vel ad
fugam compelluntur, consequi: Verum qui non potest ita se continere, satius est, eum
vxorem ducere quam vri. Honorabile enim connubium apud omnes, et cubile impol-
lutum: Hebr.13. Caeterum vnus vxoris erit maritus. Nam plures simul uxores habere
aut gregem concubinarum, licet iudaeis sub lege erat permissum, tamen incontinen-
120 tia notam incurreret apud Christianos, qui idem uellet, maxime autem si id atrentaret
episcopus, qui coniugalis pudicitiae exemplum omnibus esse debet. Neq hinc sequitur,
episcopum mortua priore uxore alteram haud posse ducere. Haud enim dicendus est
plures habere uxores, qui defuncta priore ducit alteram. Vnde 1.Corinth. 7 de uiduis

et inconiugatis loquens Apostolus, Quod si se non continent, inquit, contrahant ma
 125 trimonium. Nam satius est matrimonium contrahere, quam uri. Et rursus. Solutus es
 ab uxore? ne quaeras uxorem: quod si duxeris uxorem, non peccasti. Dixerat enim
 prius. Propter supra uitanda, suam quisque uxorem habeat, et suum quaeque uirum
 habeat. A qua lege uiduus episcopus non est excludendus, non magis quam natura
 130 liberat eum ab illicitis affectibus. Sed neque conueniens esset, eum, florenti adhuc aetate,
 liberos, familiam, domum deserere, sine ulla domestica oeconomia, quae per mulierem
 optimem solet administrari. Certe nisi episcopus ducta iam altera uxore uideatur uel a
 charitate abduci, uel signior reddi in suo officio, non uidetur reprehendendus, multo
 minus reiiciendus. Vnius itaque uxoris maritum esse uult episcopum, id est, excludi
 135 (iuxta praescriptum Christi Matth.19.) stabiliri, et pudice coli non prohibet.

Vigilantem, *φυλακίου*.) Videtur alludere ad etymologiam nominis episcopi: nam
 et *ἱπποκρίτης* o *ἰγνισιαίου* le custodem. Ary oportet episcopum quod uic lantere.

_____ *mg* vitutes EPiscopt. | *mg* Qgatenus bonum mulie remmontan gere. | *mg* vigilantia ciscopi |

AD TIMOTHEVM CAP. III.

[p.77]

esse, dareque operam, ne ipso dormiente et negligente, inimicus hominis in agro Domini
 Zizania serat, ut est in parabola Matth. 13. Eam ob causam dicti quoque sunt episcopi
 140 speculatores, quoniam pro grege excubias agere debent: vndique circumspicere (more
 eorum qui excubias agunt in aeditis speculis ciuitatum vel arcium) ne alicunde irrumpant
 aduersarii! quos si vel procul prouideat, annunciabit statim inflato cornu uerbi Des, ut
 omnes ad depellendum hostem sint parati. Sic Dominus Ezechiel. capite tertio aiebat:
 Fili hominis speculatorem dedi te domui Isracl. Eodem pertinent quaedam Ezechiel.33 et
 145 Actor.2o. Attendite uobis et cuncto gregi, in quo, uos spiritus Sanctus posuit episcopos
 ad regendam ecclesiam Dei. Ego enim nout hoc,, quos ingressuri sint post discessum
 meum lupi graues in uos, non parcentes gregi. Sequitur. Propter quod Vigilare, etc.

Sobrium: *σωφρονα*.) id est, temperatum, quique nullo calore animi accensus res
 leni affectu transigit, et valde composite se gerit. Actor.26. Non insano optime Feste,
 150 sed ueritatis et sobrietatis uerba eloquor, id est, composite, mature, et deliberato animo
 loquor. Qui nulla in re excedit modum, sed temperate et modeste agit omnia, talis sobrie
 agere dicitur. Accepta significatio ab his, qui parce cibum et potum sumunt. Hi enim non
 facile excedunt in dicendo uel agendo, sed modeste, quiete, leni animo agunt omnia: sicut
 155 plerunque uel prorsus stupidi sunt, uel quid quomodou agant, non sat uident, ubique
 modum excedentes.

Atodestum, *κόσμιον*.) id est, facientem ea, quae ipsum ornant ac decent, non defor-
 mant, non dehonstant: qui nihil facit praeter decorum. Resertur ad habitum: cultumque
 corporis, etiam ad gestuum rationem. Multum momenti habet, qua dextera gestuum
 160 quis quid faciat. Et in uestitu pariter sordes, pariter immoderatus sumptus et cultus dede-
 cent. Mundicies honesta et mediocritas uestitus, neque adhypocrisin neque ad fastum,
 neque ad lasciuiam sit compositus. Denique in omnibus actionibus candorem, puritatem,

frugalitatem, simplicitatem suam testatam faciat. Absit ab eo et nimia seueritas et nimia
 165 leuitas. Neque quosuis Timonico misanthropo supercilio auersetur:neque quibusuis
 histrionica leuitate sese accommodet. Medium ubique tenendum, ut constet modestia.

Hospitalem (qualesyou) Est insigne officium Charitatis, bene mereri de egenti. bus,
 praesertim iis qui uel propter iustitiam, uel alia de causa fortunis suis spoliati coguntur
 peregre agere, Exigitur autem eximia haec charitas ab omnibus Christianis. Nam 1. Petri
 4. Hospitales estote erga uos inuicem, sine murmuratione. Et Hebr. 13. Hospitalitatis
 170 ne sitis immemores: per hanc enim quidam inscientes exceperunt Angelos hospitio. Sed
 inprimis exigitur ab episcopis. Atque hanc praecipue ob caussam amplae facultates
 ecclesiis sunt superioribus seculis donatae, ut uidelicet hospitalitatem episcopi exercerent
 itemut inde alerentur pauperes uiduae, curarentur aegroti, instituerentur puen, alerentur
 175 sacrarum literarum studiosi:ob eandem hospitalitatem erecta multis in locis Xenedochia.
 Sed quem in usum nunc conuertunt episcopi eas facultates? Extant autem praeclara
 hospitalitatis exercendae exempla in scripturis. Notae sunt historie Abrahae, Loth,
 mulieris Sunamitidis, Marthae, Coriarii, apud quem Petrus Act. 1o, diuersatus fuit:
 Publii, Actor.28. Iasonis. Gentiles quoque hospitalitatem Gilliae Tarentini aliorumque
 celebrarunt. Vide et Ciceronem in officiis.

180 Aptum addocendum (duf'axlixop:) Inuenias, qui uita sint laudata et probis moribus
 praediti: inuenias etiam qui recondita quadam doctrina sint condecorati: sed raro iidem
 sunt apti ad docendum. Qualis doctrina esse debeat episcoporum, prioribus capitibus
 et in aliis Epistolis diligenter est ab Apostolo traditum. Sed alia quaedam facultas
 requiritur, ut quis aptus sit ad docendum. Etiam doctissimos uiros com pertum est
 185 aliquando infoeliciter attentasse docere populum. Nonnulli foeliciores sunt in exercendo
 stylo, alii rectius docent in Schola:pauci id dextre agunt in templo apud imperitam
 multitudinem, in qua quot capita, tot sententiae. Ad Tit. 1. Vult

mg Ezech.3.33. | *mg* Sobrietas et temperantia. | *mg* Modestia Ad Philip.4 Modestia ue stra nota sit
 omnibus hominibus Decet et status, et color et res. | *mg* Hospitalitas episcoporum | *mg* Causa, propter
 quas ecclesia facultatibus auctae et locupleta tae sunt. | *mg* Διαδοκκαλεις |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

Apostolus episcopum, qui potens sit exhortari per doctrinam sanam, et contradicentes
 conuincere. In hoc genere excelluit apud veteres scriptores Chrysostomus, id quod
 190 Homiliae eius testantur: ab hac facultate videtur traxisse id nominis. Eam ob caussam
 Valerius Hipponensis episcopus, homo Graecus et haud dubie doctus, asciuit nouo
 exemplo tum Augustinum, qui magis aptus erat ad docendum, egitque ille Deo ob talem
 virum diuinitus sibi concessum gratias, eundemque se uiuo episcopum ordinari cu rauit.
 Iraque qui formantur vt praesint ecclesiis, diligenter exercendi sunt in artibus dicendi,
 195 dandaque opera, vt ad oratoriam etiam dignitatem, quantum ministro uerbi con uenit,
 assurgant.

Non vinolentum (μη πέροινog.) Nox et amor uinumque nihil moderabile suadent,
 inquit poeta, proinde ebrietas cum omnem aetatem et sexum dedeceat, et aliena esse
 debeat ab omnibus, qui in aliqua publica functione versantur, maxime tamen defugienda

[p.78]

200 est episcopis. Non modo minus ideonei redduntur ad docendum, qui uino sunt dediti et
 obnoxii, verum multis aliis malis sunt expositi, vt taceam foedissimum inde exemplum
 ebrietatis ad alios deriuari. Ideo lex Mosaica interdicebat Leuitis, imo et summo pontifici,
 cum ad altare essent accessuri, omnem vini vsum et cuiuscumque potus qui inebriare
 205 posset. Recte dicitur prouerba³. Ne intuearis uinum quando flauescit, cum pellucet in
 uitro color eius. Ingreditur blande, et in nouissimo mordebit vt coluber, et sicut regulus
 venena diffundet. Moderatus vini vsus laudatur, et Paulus eum Timotheo praescribit: Et
 Augustinus vino semper usus legitur, quod acueret ingenium.

Non percussorem. un. πλήκτιο.) Manibus pulsare quempiam aut uim inferre, in
 nullo vel plebeio tolerabile est. Quare ab episcopo requiritur, ut non solum manibus
 210 temperet, uerum ne uel lingua quenquam procacius impetat. Atque ita hic accipiendam
 percussorem de ea quae per linguam fit, satis euidentis est ex eo, quod postea iterum
 subditur, alienum esse debere a pugnis. Ergo ne lingua quidem aliquem laedet, etiam in
 legitima obiurgatione peccatorum, eam seruans modestiam, ut paternum ubique affectum
 ostendat, et hortari aut condolere potius uideatur, quam obiurgare, et menderiuelle,
 215 non exacerbare. Et quemadmodum dedecet, antequam eligatur ad tam splendidum
 munus, percussorem esse: ita ne in domum quidem propriam saeuire aut grassari iniquius
 conuenit. Cum ratione domus est gubernanda et mulieri uasi infirmiori sapi enter
 cohabitandum.

Non turpiter lucri cupidum, ηη α σχοκερδ .) Stipendio suo contentum esse de-
 220 cet: stipendium autem tale esse conuenit, unde et familiae suae honeste prospicere, et
 hospitalitatem, eleemosynas, similiaque praestare queat. Caeterum ab omni auaritia
 debet se ostendere alienum, ne existimet turpiter inhiare lucro. Lucrum autem est, ubi plus
 accipit quam dat. Ab hoc affectu oportet episcopum esse alienum, dareque per operam, ne
 lucrum uel sperare uideatur ex aliquare, multo minus ne ex lucro pendere eius fortunae
 225 putentur. Ideoque mercatus, opificium, similiaque ex quibus lucrum speratur, iudicantur
 episcopo nequaquam conuenire, ne uidelicet ulla lucri cupiditate ardere uideatur. Nec
 munera etiam accipiet, id quod et in iudiciis grauiter reprehenditur. Ezech. 34. contra
 lucri cupidus: Vae pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, etc. 1. Petris. Pascite
 quantum in uobis est, gregem Christi, curam illius agentes non coacte, sed uolentes: non
 230 turpiter affectantes lucrum, sed propenso animo, neque ceu dominium exercentes aduersus
 clericos, sed sic, ut *sitis exemplaria gregis. En quomodo ne affectare quidem lucrum
 decet.

Sed aequum:) qui in omnibus aequabilitatem iusta trutina seruet, personas non respi-
 235 ciat, nusquam fouens partes, aut uni magis addictus, quam alteri: in puniendis peccatis
 iustitiae adiungens misericordiam, et misericordiae iustitiam. Nam haec duo semper in
 aequabilitate coniungi debent. De hac aequabilitate uidetur illud intelligendum Deut.

mg Vocatio At gustini epi scopi Hipp uensis. | *mg* Vmolentiae incommoda | *mg* Leuit. 1e. Legem Na
 caraeorum lege Num. 6. | *mg* Linguauer berare quie Reprehensio moderata et paena. 1. Pet. 3. | *mg*
 Auaritia fugienda epl. scopo. | *mg* Lagutones corrumpunt et excaeca sapientes. Exod. 23. | *mg* Aequitas.
 enean. | *mg* |

AD TIMOTHEVM CAP. III.

[p.79]

nihil per iram aut praecipitantiam designet. Ac verum quidem est ab his quoque alienissimum esse debere episcopum Altercari, rixari, nulli probo conuenit: et nimium altercando veritas amittitur.

240 ἩρλασνοLAlienum ab auaritia (φιλάργυρον,) nequaquam pecuniae studiolum: Vix vnquam possunt rebus diuinis vacare, quorum animus rerum terrenarum cupiditate impeditur. Nemo potest seruire Deo et Mammonae. Sed neque illis committenda pe
Luc.6. cuniarum ecclesiasticarum, e quibus pauperes alendi sunt, cura, qui vitio φιλαργυρίας sunt notati. Dum autem alienum vult ab auaritia, eadem ratione alienum
245 vult ab omnibus, quae auaritiae et turpis lucri causa committuntur, cuiusmodi sunt mendacium pergrium, dolus, etc.

Qui suae domui bene presit.) Sicut auaritia detestanda est: ita et prodigalitas seu rei fa Prudentuain Edministran miliaciis profusio. Dilapidator seu decoctor, aut alioqui incurius rerum domesticarū la oeconoparum idoneus iudicatur qui administrare possit
250 ecclesiam. Fere enim solent illam in nia. scitiam aut ignauiam alia vicia comitari. Proinde ex administratione rei priuatae disce, Sane qui domi suae negligens fuerit, non est quod expectetur ab eo magna diligentia in rebus ecclesiae: et qui domi suae iracundus, litigiosus, immodestus, auarus, talis quoque erit in ecclesia. Circumfert inter Chilonis apophthegmata, quod admonuerit vaumquemque bene praeesse suae domui. Alias enim
255 nunquam vitalem fore reipublicae, qui pri uatam recte non gubernarit. Cūm domus quandam speciem paruae reipublicae praese ferat. pophibeChilonis a

Qui liberos habeat in subiectione cum omni reuerentia.) Ex liberorum educatione lolet de parentum prudentia et probitate iudicari: id quod Plato quoque in Lachete siue de fortitudine admonuit. Nec verosimile est, eum effecturum in ecclesia vt tum ob
260 doctrinam, tum ob mores ab omnibus honoret, qui domi suae non tantum effecerit prius, ve, pprii filii ipsum audiant et reuereant. Pueris seu filiis quidem incumbit sedulo iuxta praeceptum Dei, honorare patrem et matrem, ut sint longaeui super terram: Atqui a parentibus etiam exigit Deus vt sic se gerant apud liberos, eosque sic forment, vt sciant quomodo praeceptum illud sit implendum. Pariter autem vitio vertitur parentibus et nimia
265 austeritas, et nimia indulgentia. Tametsi hac sicut plures perduñt liberi, ita grauius a Deo punit, vtpote quae fenestram aperiat ad scelera. Nota est historia Heli summi sacerdotis, a quo exemplum sumere debent Episcopi 1.Sam.3.4. Contra austeritatem parentum est illud Colos.3. Patres ne prouocetis vel irritetis liberos vestros, ne despondeant animum. Tobias recte instituebat filium, dicens: filii omnibus diebus vitae tuae in mente
270 habere Deum, et caue ne aliquando pec cato consentias, et pretermittas praecepta dei nostri. Ethnicos in hac parte diligentes fuil se testant libelli diuersi, continentes precepta moralia iuuenturi pponi solita:vt est Isocratis paraenesis ad Demonicum:item Epicteti stoici libelle, Xisti philosophi, Catonis disticha. dare familiri. gma de curam uferitag indulgentia nimia perinde in uitio est.

275 Quod si quis propriae domui praeesse non nouit, quomodo ecclesiam Dei curabit? Argumentum a minori. Non tam parua res est bene p̄cesse domui atque vulgon existimat. Prospicere omnia ad victum necessaria vxori ac liberis, alere ancillas aut ministros, pecuniam honestis parare artibus commutare, locare, conducere, emere, vendere, denique quacunque alia ratione contrahere, haec saepe magnam molestiam habent adiunctam,
280 neque sine cura et prudentia recte peragunt. Res ipsa docet, quam paucis bene cadat

haec alea. Vnde non abs re eruditi homines putarunt sibi quoque libros de oeconomia
 pscribendos, qualis extat Xenophontis. Sed multo alia res, multis interuallis superior,
 praeesse ecclesiae... Sicut se habet flumen ad mare, et exiguum munus in republica ad
 285 totam magistras tuum collectionem et summum principem: sic se habet priuata domus ad
 ecclesiam. Vt ergo qui flumen nauigare non audet, ei non est sulcandum mare: et qui in 2.
 minutoribus offeiiis in ciuitate administrandis deprehensus fuerit minus satisfecisse, non
 promouebitur sapientum iudicio ad gubernacula totius reipublicae, siue ad supremum
 magistratum: Ira qui paruae familiae suae non sufficit, quomodo par erit gubernandae
 290 toti simul congregationi ? In qua cum administratio praecipua sit rerum spiritualium,
 sanem in iis errare vel negligentem esse, non vacat periculo. Illi ergo duntaxat qui
 domum suam bene administrandon specimen ediderit suae prudentiae, cura Ammonia
 baus. Simuuales.

mg ε Matth.6. | mg Tobus 4. | mg | mg | mg | mg | mg | mg |

IN I. EPIST. D. PAVLI. IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.80]

eccleliae committenda est. Huc pertinet illud Matth.25. Euge serue bone et fidelis, su
 per pauca fuisti fidelis, super multa te constituam intra in gaudium Domini tui. Ioseph
 295 prius probatus fuit in administratione domus Potipharis summi sacerdotis, quam el
 committeretur administratio regni Aegyptii: Genes. 4i.

Nouitium reddidit interpres, vbi Graecis est κέρφυτα, quod, si etymon inspicimus,
 si gnificat nuper natum siue nuper insitum. Non ergo de eo qui iunior est annis, sermo
 est, quandoquidem interdum iuueniles anni habent adiunctam senilem prudenttam. et
 300 Timotheus adhuc iuuenis aetate fuit, vnde postea dicit:luuentutem tuam nemo despi-
 ciat: sed de iis id accipiendum est, qui nuper ex gentibus vel Iudaeis per baptismum
 ecclesiae Dei insiti sunt, ac nondum in doctrina religionis satis sunt confirmati. Talem
 itaque nondum satis expertum, vel vt doctus sit, at non satis solide doctum Aposto
 305 siat bonus praeceptor. Quidam Gregorius presbyter scripsit vitam Nazanzeni, ac narrat
 Cynicum philosophum Maximum nomine, qui curauit se eligi in epiAreNene scopum
 Constantinopolitanum. Sequitur τιολογία: ne inflatus in condemnationem incidat
 calumniatoris. Solent tales subito ad dignitatem euecti inflari, et confidentes esse, sibi
 310 plus iusto tribuere, ad res nouas inducendas propensi: quasi ipsi soli in tanta multitudine
 idonei inuenirentur, et ipsi prae caeteris longo tempore exercitatis omnia forent myste-
 ria consecuti: Vnde alios incipiunt contemnere, suo arbitrio omnia velle statuere, de
 quibusuis rebus statim definire: quo fit, vt in errorem subinde incidant. Qui se putat esse
 aliquid, seipsum seducit. Hinc verô, dum tales sunt, facile incidunt in condemnationem
 calumniatoris, id est, facile maleuoli sinistre de iis iudicant, imo et increduli habent quod
 315 rideant totam congregationem, vtpote in qua non sit alius idoneus ad tale munus nisi qui
 nuper primùm in societatem receptus est. Et Synecdochice calumniator em dicit pro
 multis calumniatoribus. Velut alii, Theohylalactus, et Ambrosius, per calumniatorem
 intelligitur diabolus, qui vt est astutus artifex, facile potest neophytum irretire et adducere
 in errores. Dicitur diabolus αυτονουxsuös Calumniator, et proprium estetymon.

Non nouitium, ne inflatus incidat in condemnationem calumniatoris.

Oportet autem illum et bonum habere testimonium ab extraneis, ne in probrum incidat et laqueum calumniatoris.

- 320 Vult prorsus inculpatum cuique de anteacta vita nihil probrosi possit obiici: ne extranei, id est, increduli, qui nondum Christo dederunt nomen, habeant quod in dedecus religionis exprobrant. Esset autem totius religionis ingens dedecus, si talis cerneretur ecclesiae praefectus, qui antea vel lenonem egerit, vel lapidator fuerit, aut aliud quiddam commiserit, ob quod ignominia foret notandus. Eam ob causam Christiani olim, teste Aelio
- 325 Lampridio in vita Alexandri Seueri, cum sacerdotes ordina re vellent, prius ipsorum nomina palam proponebant, hortantes et petentes, vt si quis haberet, quod posset illis publici criminis exprobare, in medium proferret et probaret. Vtinam hic mos laudabilis in hunc voes diem perdurasset: et haud dubie magna et multa scandala ab ecclesiis suis depulsa. Oportet legitimum episcopum aequae apud hostes atque amicos bene audire.
- 330 Vnde nunquam legimus Apostolos alicubi accusatos, tanquam fornicatores, adulteros, fures, vel homicidas, sed tantum seductores, quia videlicet docebant, quae hominibus, praesertim malis, parum placebant, abolentes omnem superstitionem Iudaicam, et Ethnicam idololatriam. Caeterum si danda opera, vt etiam ab exteris et aduersariis bonum habeatur testimonium: quanto magis aduigilandum vt bonum testimonium habeamus a
- 335 domesticis et ipsis fidelibus? Profecto autem res magnas Apostolus ab episcopo ecigit

mg Quinam vero putonon sin admittendi ad episcopatum. | *mg* Galat6. | *mg* Suecdoche | *mg* Malus epr scopus eccle si est dede cori. | *mg* Act.24. Lucaa-. | *mg* |

AD TIMOTHEVM CAP. (III).

sed si bene introspicimus, veras virtutes et vera ornamenta, quae sola magnum faciunt. Parum est alicubi episcopos quosdam ornari gemmatis mitris, auratis pedis, purpureis palliis, si haec omnamenta eis desunt.

[p.81]

Ministros itidem compositos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpiter lucrauidos, tenentes mysterium fidei, cum pura conscientia. Atque hi probentur prius, deinde ministrent, sic vt nemo possit illos criminari.

- 340 Hactenus formauit episcopum: Nunc eadem opera praescribit, quales esse debeant qui ab episcopo ad ministrandum publice in ecclesia constituuntur. Rectissime autem vbi de episcopo egisset, haec de ministris adiecit: tum quia ministrorum officia a finia sunt officio episcopi: tum quia a ministrorum conditione simul admonetur episcopus, qualiter se gerere debeat. Si enim huiusmodi virtutibus praeditos esse decet ministros, at multo iustius est talibus ornatum conspici virtutibus episcopum: quasi tacitum hic
- 345 subesset argumentum a minori. Ac reuera sicut episcopis incumbit diligenter videre, quales ministros ecclesiae praeficiunt: ita prodest nonnunquam eos intueri in probam et sanctam vitam bonorum ministrorum, vt horum exemplo admoniti suam quoque vitam ipsi componant. Caeterum hoc loco animaduertendum, qualis in primitiua ecclesia, quae

erat integerrima, fuerit eorum, qui praeerant ecclesis, ordinatio. Erant itaque episcopi,
 350 et erant eorum ministri, qui Graecis vocantur δῆκονοι a verbo διακονῶ, quod significat
 inseruio, ministro, obsequor, operam alicui nauo. Et Mercurius vocatus est διακονα,
 quia minister Deorum est. Presbyterorum nomen, vt Ambrosius ait, tam episcopis
 quam diaconis commune erat. Omnis episcopus, inquit, presbyter est, non tamen omnis
 presbyter episcopus est. Hic enim episcopus est, qui inter presbyteros primus est. Apparet
 355 autem eos, qui ecclesiis praeerant, ab aetate dictos presbyteros, propterea quod olim
 non tere alii creabantur ab episcopis ecclesiarum ministri, quam, qui sicut doctuina
 et moribus, ita aetate quoque erant venerandi, et ab omni suspitione mali immunes.
 Sic namque Graecis ὠρευθήτης significat senem, vnde πρῶθυτσετ senior, et propter
 aetatem honoratior. Porro quoniam Apostolus hic bis loquitur de diaconis siue ministris,
 360 colligere licet, quod ministri, siue δῆκονοι, siue presbyteri, ab episcopis instituti, in duos
 ordines distinguebantur. Atque id etiam ex aliis locis deprehendi potest. Primo enim, vt
 legitur Actor. 6. constituti sunt diaconi spectatae probitatis viri, et pleni spiritu Sancto ac
 sapientia, qui ministrarent mensis, siue qui facultates ecclesiae distribuerent. Huiusmodi
 septem nominantur, qui et per impositionem manuum spiritum Sanctum accipiebant:
 365 inter quos celeberrimus Stephanus: tametsi hic quoque et disputasse et praedicasse
 Euangelium, per occasionem et oportunitatem legitur. Atque hos quidem Apostoli
 ordinarunt, vt ministrarent mensis, ipsi vero minus impediti deprecationi et ministerio
 verbi liberius vacarent. Sed quia praeterea Apostoli non sufficiebant, vt omnibus locis
 semper concionarentur, vt baptizarent, et coenam dominicam peragerent: ideo opus erat
 370 alios quoque substituere, partim episcopos, partim δῆκονοι qui ministerio verbi et
 sacramentorum quoque dispensationi intenderent, et hos quidem episcopis pares, nisi
 quod ordinandi alios potestatem non habebant, vt Theophylactus ait. Hi autem δῆκονοι,
 priusquam ad munus illud admitterentur, debebant in facris literis probe esse eruditi
 et exercitati, ut paulatim idonei fierent ad tantum docendi et sacramenta administrandi
 375 munus obeundum. Erudiebantur autem et exercitabantur et praeparabantur etiam a
 iuuentute in veteri testamento apud summos sacerdotes, vt indicat historia Samuelis,
 item apud Prophetas, sicut Heliseus in Iericho suae fidei concreditos habebat, qui tunc
 vocabantur Nazaraei et filii prophetarum, item in Scholis, quales illae synagogae erant,
 de quibus Actor. sexto Libertinorum, Cyrenensium, Alexandrinorum, etc. In nouo autem
 380 Testamento exercitati sunt tales ab ipsis Apostolis, quod postea obseruatum est et ab

mg Oudes esse debeant ecclesiae ministri. | *mg* Aminori. | *mg* Ecclesiae nituae integritas. | *mg*
 Mercurius λατρω δι. ctus. | *mg* Madanul tri ecclesia blim creati fint apudue teres. | *mg* Diaconis in
 ecclesia Hie rosolymitana | *mg* Diaconorum institutio. | *mg* Scholae prophetarum |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

episcopis. Vnde Tychicus Coloss. 4 πικος δῆκονοκᾶ σμύδιολω in domino ab Apo-
 lo nominatur: eundem ait se mississe Ephesum, 2. Timoth. 4. Sic alii quoque quorum
 opera ipse subinde utebatur, quique labores eius subleuabant alii describentes Epistolas,
 alii perferentes easdem, et consolantes ac confirmantes eos qui crediderant, sicut hic
 385 Timotheus saepe hac de causa ab Apostolo emissus fuerat: et ipse alios commemorat

[p.82]

tales discipulos suos Titum, etc. qui ministrabant ei incarcerato, qui indi; uulsse ei adhaerebant. In Bpistolis quae Ignatio ascribuntur dicitur, Stephanum fuis se diaconum Iacobi, Timotheum et Linum Pauli, Anacletum et Clementem Petri. Ac praeclarum exemplum illud est, vt nunc quoque talis ratio in ecclesiam reuocetur, iuuenes idoneos
 390 in sacris literis instituendi, qui ecclesijs postea praeficiantur. Ac primum de his, qui informant ad gubernandas ecclesias, qui sacris literis instituuntur vt verbi et sacramentorum dedantur ministerio, Oportet, inquit, esse ministros itidem compositos. σεμνος Graece legitur. Multa autem hoc nomine complectitur. σεμνος enim significat castum, venustum, seuerum, venerandum, pudicum, grauem, et apud Lucianum, religiosum,
 395 unde et σεμνα loca sacrata et ob religionem inaccessa. Itaque uult Apostolus, eos qui ita instituuntur et ordinantur in presbyteros διακόνος, ut non solum doceant in ecclesia, et sacra illa munia obeant, esse optimis integerrimisque moribus praeditos, uerecundos, pudicos, instar probarum uirginum, graues, candidos, uerba nustos ore, uultu, oculis, denique in omnibus gestibus et actionibus decorum ingenuè obseruantes: vt quiuis permoueantur
 400 ad honeste de ipsis sentiendum et loquendum. Concluduntur breuiter hoc uerbo omnes uirtutes externae seu foris prominentes, quae in eo qui iam praeficiendus est ecclesiae requiruntur.

Huiusmodi olim in ecclesia erat ordinatio. Primo loco constituiebantur episcopi, summam autoritatem obtinentes. Proximi erant eorum ministri, qui Graecis uocantur
 405 διάκονοι. Presbyterorum nomen, vt Ambrosius ait, tam episcopis quam diaconis commune erat. Porro quoniam Apostolus hic bis loquitur de diaconis siue ministris, colligere licet, ministros siue diaconos seu presbyteros ab episcopis institudiaconorum si tos, in duos ordines distinguere solitos. Alter autem erat, de quo Actor. sexto legitur, ue presbyter quod creati sunt septem diaconi spectatae probitatis viri, et pleni spiritu Sancto ac sarorum. pietia, qui ministrarent mensis, siue qui facultates ecclesiae distribuerent. Atque hos creari uoluerunt Apostoli, ne ipsi hoc ministerio impedirentur, sed possent deprecationi et ministerio uerbi liberius vacare. De his ergo duobus
 410 gencribus diaconorum Apostolus sermonem instituit ac primùm de illis qui ecclesias debebant gubernare, qui uerbi et sacramentorum ministerio forent dediti. Huc pertinent et uerba Ambrosii dicentis, quod in qualibet ciuitate sic ista omnia quae de diaconis hic
 415 dicuntur, accipienda sunt uobis, tanquam si ad uos proprie pertinerent, quippe qui in hoc datis operam sacris, vt consecuti doctrinam seu donum prophetiae, postea Αλόνοα a Deo et ab hominibus uocemini ad hoc diaconorum amplissimum munus.

Non bilingues, uel διμλγος.) Certe ethnici hos supra modum detestati sunt. Argumentum enim est leuis animi, facileque mouetur suspicio doli aut fraudis, aut mentis male sibi consciae, etiam perfidiae, ubi quis modo ait, modo negat, aliud hodie, aliud dicit cras. Sic Ciceronem perstringit Laberius, dicens, eum, duabus sedere sellis solitum. Et Satyrus ut est in Apologis, hominem contempsit et fugit, quem uidit ex eodem ore calidum spirare et frigidum. Ac dicti sunt duplices maplicesui? viri vulgo et in scripturis,
 425 qui lubrica et insyncera fide, uerbis suis contraria dicunt et faciunt. Multa ad hanc rem in Adagijs referuntur. Omnium uero minime conueniet, eos promoueri in ministros uerbi Dei, qui bilingues, id est, inconstantes, leues, uarii, dictis non stantes inuenti fuerint. Quis enim talium doctorum orationi fidem est habiturus, quos nouit Autolici more candida in nigrum uertere, uel, ut Esaias cap. quinto, ait, bonum dicunt malum,
 430 et malum bonum, ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras. Instar arundinis uento agitatae quidam uel quae stus uel gloriae causa mutant sententiam, modo Christum

et Euang. praedicantes, modon Mosen et legem. Hodie quoque multi diuoyes passim ecclessiam labefactant, ad recantandum

mg nu qud. | mg ri. | mg |

AD TIMOTHEVM CAP. III.

[p.83]

435 Pa quae recte docuerunt, quauis de causa parati. Sed tales hic damnantur ab Apostolo, et tota scriptura in eos inuehitur. Nam et Esaias dicit, Vae qui dicunt bonum malum, etc. Prouerbus octauo, dicit sapientia, Arrogantiam et superbiam, et viam prauam, et os bilingue detestor. Ibidem capite 12. in tales multa. Et Eccl. 6. item Iacobus 3. grauius detestatur eos, qui per linguam benedicunt Deo et patri, et per eandem maledicunt. Iomini, qui ad similitudinem Dei est conditus. Ex eodem ore procedit maledictio et benedictio. Non oportet fratres mei haec ita fieri. Nunquid fons ex eodem foramine emittit dulcem et amarum aquam? Nunquid potest ficus oleas gignere aut vi se tunc ficus? Sic nullus fons salsam ac dulcem potest edere aquam. Tales proinde bilingues et in verbis vani et instabiles, non sunt idonei ad constanter docendam ueritatem, quae semper eadem est, et eodem modo tractari pure debet.

445 Non multo uino deditos.) Vini quidem moderatus usus non damnatur, sed uino esse deditum et addictum. Certe qui frequenter et multum bibunt, etiam si non inebriantur (quae tamen fere semper solet uini ingurgitationem comitari) tamen minus idonei fructibus gerendis, maximeque obtundunt ingenii sui aciem, quam oportet illaesa seruare iis quibus docendi munus incumbit. Prouerbus 31. prohibentur reges bibere intemperantius, ne forte inebriantur, inquit, et obliuiscantur iudiciorum, et mutent causam filiorum pauperis. En uinum inducit obliuionem recti iudicii sic etiam in ministris ecclesiarum euertit intellectum uerbi Dei. Vnde et prophetae saepe contra ebrietatem et crapulam sacerdotum concionantur. Sed Amos 2. Dominus grauissime increpat eos, qui Nazaraeos delectos ad munus propheticum ad uinum bibendum prouocassent. Suscitauit, ait, de filiis 455 uestris prophetas et de, iuuenibus uestris Nazaraeos. An non ita se habet res? Vos autem fecistis Nazaraeos bibere uinum. Recte dixerunt quidam, ebrietatem esse uoluntariam insaniam, eamque tandem si frequentior sis, abire in manifestum furorem. Alia multa quotidie sequuntur ebrietatem incommoda. Nam prouerbus 22. Cui uae? Cuius patri uae? Cui rixae? Cui foueae? Cui sine causa vulnera? Cui suffossio oculorum? Nonne 460 his, qui commorantur in uino et student calicibus epotandis? Sed nunquam satis multa contra ebrietatem dici possent: maxime uero apud eos, qui uel iam educant instituanturque ut ecclesiis gubernandis reddantur idonei, uel qui iam amodo ad id munus sunt euecti. Verendum autem ne ex his nimium multi passim uitio hoc laborent.

465 Non turpiter uicium auaritia.) Qui tale de se praebet specimen, ut uel uicium auaritia uideat tali profecto non erit ecclesiae cura committenda. Est quidem permissa honesta ratio prospiciendi rei familiari, quae sine emptio, uenditio, commutatione, et similibus uix bene procuratur: Verum in his actionibus cauendum, ne turpiter lucro inhiare uideatur. Grit autem uicium multo turpissimum, si quid praetextu pietatis a subditis exigatur uel impetretur. Sane non decet uicium sanctimoniae titulo aliquid praeter stipendium, quomodo sufficit familiae frugaliter et honeste alendae, accipere. Hinc 1. Thess. 2. auaritia

etiam suspicionem omnem a se reiicit Apostolus, et maluit laborare, quam exigere ab illis, quod iure poterat. Non abs re 2. reg. 5. Gehazi puer siue discipulus Helisaeus percussus est lepra, quod a Naaman Syro argentum et vestes mutatorias iniussus accepisset. Ac reuera nostro hoc seculo compertum est, nulla res irritatos omnium animos ad nocendum sacerdotibus, ad diripiendas templorum et Coenobiorum opes regias, atque que sacerdotum manifesta auaritia.

475 Tenentes mysterium fidei cum pura conscientia.) Ab aliis quoque vitiis alienos esse decet hos diaconos, non minus quam episcopos. Sed satis est illa tanquam principalia enumerasse, quae etiam a quibusdam vix pro peccatis habebantur. Nunc requirit, quod
480 praecipuum est, et per quod doctrinae puritas conseruatur. Nam ut fortassis naeuus aliquis conspiciatur in diaconi cuiuspiam moribus, est tamen danda opera, ut doctrina semper in oculis conseruetur. Vult itaque diaconos tenentes mysterium fidei esse cum pura conscientia, id est, qui ipsi in fide sint confirmati, et omnem doctrinam fidei probe teneant ac constant teneant? deinde qui omnia sincera, recta, coram Deo et hominibus
485 agant conscientia. Idem sibi

mg Ftnu obest omnibus studiis et actionibus. | mg Solon iudica uit principem bruomn mor Le mulctanlumm.
| mg Etrietas isntauolmtaria | mg uj dxsiupdes anat. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

volunt haec verba, quod illa in primo capite: Milites bonam militiam, habens fidem et bonam conscientiam, qua repulsa nonnulli circa fidem naufragium fecerunt. In eadem fere sententiam dictum erat Actor. 6. eligendos viros spectatae pietatis, plenos spiritu Sancto et sapientia. Igitur mysterium fidei, id est, intima religionis nostrae arcana, praecipueque doctrinam illam de iustificatione perfidem, quae vere mysterium dicitur,
490 quippe humani ingenii captum excedens, non plene et plene cognoscere, tanquam diuitias suos debent quibus ecclesiae cura committetur. Non satis est vulgariter eos in religione esse doctos, sed oportet excellere omnes, et omnia mysteria eos tenere, ut iuxta illud i. Petri 3. semper parati sint ad respondendum cuilibet petenti: ut loquantur de ea, quae
495 in ipsis est, spe, cum mansuetudine et reuerentia conscientiam habentes bonam. Sed iidem habere debent puram conscientiam, id est, vere pie omnino agere, non fucate, non hypocritice, non inuite, aut spe tantum lucri: sed serio, ex animo, propter Christum, cum fide et timore, solum Deum remuneratorem ac iudicem ob oculos sibi ponentes. Sic autem dictum est et in primo capite huius Epistolae: Finis praecepti est charitas, ex puro
500 corde, et conscientia bona, et fide non simulata. Porro quoniam non statim admittendi sunt ad munus docendi, qui satis docti apparent, quique puritate conscientiae ad tempus prae se ferunt: nam et astute quidam norunt pietatem omnem simulare: ideo addit conditionem summopere necessariam, dicens:

Atque hi probentur prius, deinde ministrent, sic ut nemo possit illos criminari.

Si huius praecepti habita fuisset diligens ratio, non tot lupi passim sub pelle ouina
505 la tentes in ouile Domini irrupissent, a quibus Christus Matth. 7. et Apostolus Act.

[p.84]

20. cauendum monuerunt. Sane si nemo pater familias seruo aliquid serii commitet in familia, nisi prius fidem eius satis explorarit: at multo magis necessarium est, eos probari et variis modis tentari, quibus committenda est cura totius sanctae congregationis. Atque hac caussa noluit Apostolus admitti ad Episcopi functionem hominem νεόφωτον seu
 510 nouitium: quia talis nondum satis est probatus. Oportet autem et longo tempore probari, et nonnunquam caussis grauibus et periculosis, (de quo 2. ad Timoth.4.) et quidam alii diu fuerunt fideles discipuli Apostoli Pauli, et haud dubse multum in mysterio fidei sunt consecuti: sed tamen non fuisset vtile tales praeficere ecclesiis, quia nimirum nondum
 515 satis fuerant probati, cito enim in aduersis defecerunt, Eam ob caussam in hac Epistola cap.5. Paulus monet Timotheum, ne cui manus cito imponat, neque communicet peccatis alienis. Qui enim eum praeficit ecclesiae, quem non satis probauit et explorauit, videtur, dum talis postea palam delinquit, peccatis huius fauere. Vbi ergo probati et explorati qui fuerint, tum ministrent, inquit, atque ita ministrent, vt nemo possit illos iure criminari. Quin mali eos crimentur vsquam, fieri non potest: at potest fieri, vt nequaquam iure
 520 crimentur. Neque vero vlli tam pii, tam sancti, qui nusquam sint culpabiles: possunt tamen ita viuere, vt a manifestis criminibus, et illis omnibus non crassis tantum, sed quae aliquo modo deformant epi scopi functionem, sibi temperent: ne vlllo pacto offendiculum praebeant infirmis, vel etiam malignis ansam obloquendi.

Uxores similiter modestas, non calumniosas, sobrias, fidas in omnibus.

Non paruam esse rem, episcopum agere, hic satis patet. Non satis est ipsum episcopum
 525 probum esse et spectare fidei: sed oportet insuper pari probitate, vxorem, liberos, denique omnes familiares esse praeditos. Quam ob caussam Apostolus non obiter quidem aut παρόργικ ς, sed vt rem valde necessariam adiicit, quales esse deceat tum episcoporum tum diaconorum uxores. Fit plerunque , praesertim hoc tempore, cum vulgus etiam minutissima queque rapit ad calumniam, vt etiam si doctor Euangelicus syna

mg a seculis. Si couss. Euang pra dicationem uocat mys rium quod re conditum fa | mg t. Petris. | mg A minori | mg Demas. | mg Probation nistrorum ne cessaria. | mg Domus epi scopi quali esse debe |

AD TIMOTHEVM CAP. III.

530 cere doceat, et synceriter iuxta viuat, nihilominus statim omnes obloquantur et sinistre iudicent, si ei domi sit vxor parum bene morata. Et totam familiam ipsius a vitiis immunem esse decet, qui volet a vitiis purgare ecclesiam. (Ne quis putet secundum Theophylactum et Primasium, Apostolum hic loqui de diaconissis, quales creari Cataphrygae haeretici volebant, contra quos Ambrosius.) Qui ne vxorem quidem suam potest ad temperantiam
 535 et modestiam adducere, quomodo suadebit am plectendas virtutes infreni multitudini? Sed periculum insuper est, ne vir pius, cui vxor sit immodesta, calumniosa, perfida, ipse quoque ad vitia quaedam per eam alliciatur. Certe subinde viri existimatio nonnihil imminuitur, ob improbitatem mulleris: sicut e confrario probitas viri commendatur, cui et vxor proba contigerit. Socrati vitio versum fuit, quod domi morosam Xantippen aleret.
 540 Eccles.25. Beatus vir, qui habitat cum muliere sensata. Et cap.26. Mulieris bonae beatus

[p.85]

vir. Ibidem, pars bona mulier bona, in parte bona timentium Deum dabitur viro pro factis bonis. His itaque de causis merito praescribit Apostolus, quales episcoporum ac diaconorum uxores esse deceat.

545 Uxores, inquit, similiter modestas, σεμνὰς.) Paulo ante de miniistris loquens, vertit compositos. Oportet igitur castas, pudicas, graues, compositas, bene moratas esse: nam haec omnia ea voce significantur. Vnde Eceles.26. Gratia super gratiam mulier sancta et pudorata. Ibidem: Sicut Sol oriens in mundo in altissimis Dei, sic et mulieris bonae species in ornamentum domus eius. Extat non contemnenda descriptio mulieris probae apud Plautum in Amphitrione. Sic ibi quaedam cum acerbis obiurgaretur, loquitur:
550 Non ego illam mihi dotem duco esse, quae dos dicitur: sed pudicitiam et pudorem, et sedatam cupidinem, Deum metum, parentum amorem, et cognatum concordiam: atque ut munifica sim bonis, pro sim probis. En talem eam volebant ethnici, quae modestae et probae matronae nomen ambiret. Multo igitur magis talem eam esse decet, quae vxor erit episcopi seu diaconi.

555 Non calumniosas:) λυδιαθολος: Quae calumniosae sunt, lites, rixas, odia serunt: quare necessum est talis mulieris improbitate, per quam multi alii commoueri queant, perturbari etiam maritum episcopum. Familiare quidem videtur vitium mulierculis calumniari et cauillari: at nullo pacto ferendum in vxore eius, qui palam omnes docere debet, quae beneuolentiae sunt et Charitatis. Et verendum, ne vxor calumniatrix maritum quoque calumniatorem efficiat. Eceles.25. Sicut ascensus arenosus in pedibus veteras ni: sic mulier linguata homini quieto.

Sobrias, νηφαλιος :) Id prius vertit interpretes vigilantes, cum episcopis loqueretur Sobrietatis igitur nomine non tam cibi potusque temperantia venit intelligenda, quam vigilantia circumspectioque in omnibus actionibus. Quae et dicit et facit omnia attente, circumspecte, moderate, ea sobria esse dicitur. Antea de episcopo loquens, sobrium uertit, ubi Graece habebatur σώφρινα.

Fidas in omnibus) 4. Verbis et factis. Fidas esse decet et in causa Coniugii, ne uidelicet adulterii uel suspitione notentur: et in rerum domesticarum tractatione, ne uidelicet dilapident uel prodigant inutiliter rem familiarem. Vel in altero peccare ingens uitium est, acnotae etiam inde nascuntur in marito: qui sentit se mulieris perfidia, et nomine siue existimatione sua, et re etiam tandem spoliari. In summa, omnis probitas, pudicitia, sobrietas, modestia, tam in uxoris ministrorum uerbi, quam in ipsis ministris requiritur: Ut, sicut hi uiris, ita illae mulieribus sint probitatis norma et exemplum. Imò uero et in omnibus omnium uirorum uxoris eadem uitae puritas merito re quiritur.
575 Mirum est, quod Theophylactus et Primasius hoc loco adnotarunt, ista de mulieribus dicta, accipienda esse de iis, quae ministrandi officio in ecclesia fungerentur, quales in ecclesia orientali, et in iure pontificio dictae sunt diaconissae: quasi uero, ut Cataphrygae senserunt, (quod Ambrosius refert et refutat) mulieres ad talia munera in ecclesia sint admittendae: cum tamen Paulus huius Epistolae capite 2. et 1. Corinth. 14. mulieribus docere non permittat, neque autoritatem ullam in ecclesia usurpare. Prior itaque interpretatio nostra simplicior est, et Ambrosio probata.
580

mg uxoredum niosa pestilens animal. | *mg* Sobrietas in primis decet mulierculas. | *mg* Fides conuer. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.86]

Diaconi sint vnus vxoris mariti, qui liberis recte praesint et propriis familiis. Nam qui bene ministrauerint, gradum sibi bonum acquirunt et multam libertatem in fide, quae est in Christo Iesu.

Nunc de eo genere diaconorum agit, qui ministrabant mensis, seu distribuebant ecclesiae facultates. Ambrosius obster hoc loco notat, in unaquaque ciuitate debere septem esse huiusmodi diaconos, presbyteros siue alterius speciei diaconos, duos: episcopum uero
585 unum. In his autem requiri omnes propemodum ulrtutes, quae in episcopis requiruntur, certum est: sed tamen, ut sint episcopis inferiores uita, sicut sunt inferiores functione, conuenit nihilominus eos esse unius uxoris maritos, et, ut uno uerbo dicam, bonos probosque patres familias.

Sint vnus vxoris mariti.)Igitur non scortatores, non adulteri, non item Iudaica intens
590 perantia plures uxores habentes, sed una honesta et pudica contenti.

Qui liberis recte praesint, et propriis familiis.) Neque enim uerosimile est, eos recte administraturos in distributione facultatum ecclesiae, qui proprias facultates non recte dispensarint in sua famsilia. Neque multitudinem redigent in ordinem, qui domi non sciunt imperare paucis liberis. Doctrinam in his non admodum requirit, sed praecipue
595 prudentiam oeconomiae usu comparatam: ut colligi hinc possit, tales diaconos fuisse uiros graues, quique iam diu egerant patres familias. Eccles.4. Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, et opprimens subsectos tibi. Disciplina senper colenda inter liberos est. Prouerbus 13. Qui parcat uirgae, odit filium suum. Et capag. Virga atque correctio tribuit sapientiam, puer autem, qui dimittitur uoluntati suae, con
600 fundit matrem suam. Deut.21. filius contumax et inobediens iubetur lapidari. Additueluti per occupationem argumentum hortatorium, ut diligentes sint. Nam ubi forte dixissent quidam, munus istud satis abiectum esse, ut nemo id appetere debeat, aut magnopere curare, respondet nequaquam ita esse.

Nam qui bene ministrauerint, gradum sibi bonum acquirunt.) Quasi diceret: Non
605 est tam leue, tam humile istud munus, quin qui ex animo et diligenter istud subibunt, * magnum pietatis profectum possint facere. Habet enim suos gradus et incrementa pietas in quocunque officii genere, et spiritus unicuique dona sua ad mensuram fidei largitur, ut dicitur 1. Corinth. 12. Qui diuidit peculiariter unicuique sicut uult: et Matth. 25. Omni habenti dabitur et abundabit: qui uero non habet, etiam id quod habet, auferetur
610 ab eo. Illud de autione donorum intelligitur. Vel bonum gradum sibi acquirunt: quia dum probe et strenue gerunt se in hoc munere, specimen tale de se praebent, ut, si contingat eos illustrari dono prophetiae et διδασκαλικος fieri, ad sublimiorem gradum, nempe alterius diaconatus siue tandem episcopatus possint promoueri, et sic ecclesiae semper magis ac magis prodesse. Vnde in parabola Matth. 25. Euge serue bone et
615 fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Quemadmodum in ciuili republica qui aedilem bene egerit, tandem eligitur in praetorem, ex praetore tandem fit tribunus aut consul: Ita fieri potest, ut qui diaconum bene egerit in ministerio mensae, tandem uocetur ad ministerium uerbi et sacramentorum, denique et ad episcopatum. Nam hi tres ordines duntaxat olim erant in ecclesia, quantum ex
620 scripturis et etiam ex Ambrosio colligitur.

Et multam libertatem in fide, quae est in Christo Iesu.) Graece est πολὺν παρρησίαν:

625 interpres reddidit, multam libertatem, vt quodammodo sit grata Antithesis in vocibus, ministrauerit, et libertatem: imon subesse videtur occupatio: quasi significaretur munus illud, quia ministerium vocatur, nequaquam seruile esse, licet etiam graue sit distribuere pauperibus, inter quos semper sunt queruli et morosi, quibus difficillime satisfacias: sed potius liberale esse, et solis liberis hominibus dignum, ac per id libertatem multam, spiritualem videlicet, comparari. Ambrosius vertit, multam fiduciam in fide, vt sit certus: certam et indubitam mercedem iis esse apud Deum repositam, ac propte rea nequaquam ceslandum in eo munere, autid ceu humile contemnendum. Disci

mg DonoN n crementuncam tingit piis ac fidelibus |

AD TIMOTHEVM CAP. III.

630 mus ergo hic, munera illa ecclesiastica summo in honore habenda, non solùm ratio ne ministerii, quod tamen praecipue debet nos mouere, sed etiam ratione personarum illa subeuntium, et ad praescriptum Apostoli omnem vitam suam instituentium. Atque admonentur interea omnes Illi, vt ad haec verba Pauli ceu speculum respicientes, vitam moresque componant, vt homines videntes opera eorum bona, glorificent coelestem Patrem, nec non imitari eandem vitae innocentiam conentur.

[p.87]

Hec tibi scribo, sperans fare, vt veniam ad te cito: quod si tardius venero, vt noris quomodo oportet in domo Dei versari, quae est ecclesia Dei viuientis, columna et slabilimentum veritatis.

Conclusionis loco ista in hacparte de vita episcoporum domestica seu priuata esse possunt, quasi diceret: Haec volui in praesentiarum de vita priuata episeopt, ac de tota oidi natione ecclessastica ad te scribere. Non quidem quod non sim te posthac inuisurus: nam spero per gratiam Dei breui istic adesse: sed si fortasse praeter spem differatur me? aduentus, habeas interim certam hanc formam de ordinatione ecclesiastica quam tuto sequaris. Itaque ne Timotheus discipulus nimis angeretur desiderio videndi magistri, commode haec verba subiecit Apostolus. Etre uera omnia perstrinxit Apostolus abum dem satis his paucis, quae ad ecclesiae ordinationem rectam requiruntur: vt his instructus Timotheus ecclesiam rite administrare potuerit. Vnde discimus, parum recte eos facere, qui vel plures, vel, quod deterius est, prorsus alias ordinationes in ecclesias volunt introducere. Vtinam his paucis contenti, saltem paucula haec plene obseruaremus. Si quibus parua res videtur, habere in ciuitate vna unum episcopum, ministros duos, qui verbum et Sacramenta distribuunt: deinde ad summum septem alios ministros, qui ministrant mensis: At certe non est parua res, hos habere tales, quales hic ab Apostolo describuntur. Hic vero omnis fastus et pompa tot inutilium ministrorum et graduum, quos superbi quidam homines excogitarunt prorsus concidit. Rectem autem dicit Apostolus se sperare adire Timotheum, quasi dubitans. Nam semper voluntate Dei agebatur nec also ibat, quam quo spiritus ipsum ducebat seu mittebat. Alias impediuit eum Satanas, ne inuiseret Thessalonicenses: et saepem habuerat in animo inuisere Romanos, sed saepe fuit impeditus. Iraque tanquam ambigens, et ex voluntate Dei totus pendens, de

aduentu suo nil certi statuit Insigni tamen charitate permotus et solitudine ecclesiarum, voluit Timotheum de omnibus, quae ad munus episcopi attinent, per literas certiore facere. Iacobus 4. Si Dominus voluerit, et si vixerimus, faciamus hoc aut illud. Neque venit Paulus Ephesum, sed Romae captius postea secundam scripsit ad Timotheum ex vinculis.

In domo Dei, quae est ecclesia Dei viuentis.) Per $\mu\ \omega\nu\nu\mu\acute{\iota}\alpha\nu$ domum Dei vocat ecclesiam quemadmodum ipse interpretatione exponit: Tota congregatio credentium quaedam unam efficit, dum videlicet singuli credentes sunt velut singuli lapides, e quibus parietes ac tectum, sicque tota domus spiritualis, quam Deus dignatur inhabitare, efficiuntur. Ac Christus huius aedificii lapis est angularis parietes connectens in unum: fundamentum quoque et apostoli similiter et prophetae fundamenti lapides sunt I. Petri. 2. Gustatis quod benignus sit Dominus, ad quem accedentes, qui lapis est viuus, ab hominibus quidem reprobatus, apud Deum vero electus ac pretiosus: ipsi quoque veluti viuus lapides aedificemini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias, etc. Ephes. 2. Vos estis conciuues sanctorum ac domestici Dei, superstructi super fundamentum Apostolorum ac Prophetarum, summo angulari lapide ipso Iesu Christo, in quo quaecumque structura coagmentatur, ea crescit in templum sanctum in Domino, in quos et vos coaedificamini in habitaculum Dei per spiritum. Et in Psalmo. de hac domo dicitur: domum tuam domine decet sanctitas in longitudinem dierum. Vocat vero ecclesiam Dei viuentis, simul quia ex viuus lapidibus constat: nam et Christus et credentes a Petro dicuntur viuus lapides: simul, quia proprie est domus Dei, qui est Deus viuorum, et autor vitae. Deinde per amplificationem eam exornat aptis Metaphoribus, quasi epithetis: cum dicitur ecclesia esse columnam et stabilimentum veritatis Re

mg 2Thes. α Rom. i. | *mg* Eufador mus det que modo. | *mg* I. Petri | *mg* Ephesa | *mg* Psal. 95..
Sunt Metaphorae tractae ab aedificiis.

N I. EPIS T. D. PAVLI

cte autem Columna et stabilimentum ueritatis congregatio fidelium appellatur, quia in hac ueritas pure docetur et colitur, et ipsa uicissim per ueritatem confirmatur. Veritas enim Christus est cui ecclesia innititur, et qui ecclesiam semper praedicat fundatam supra firmam petram, quam nullus descendens imber, non uentia flumina, non flantes venti deicere possunt, sicut ostenditur in parabola Matth. 7. Credentes siquidem nullis errorum turbis, nullis procellis persecutionum, nullis diaboli insultibus commouentur: imo ne pertae inferorum quidem aduersus congregationem credentium praeualebunt. Itaque congregatio illa quamdiu in fide persistit, quamdiu pro ueritate inconcussa et infracta stat contra omnem falsitatem, columna et stabilimentum ueritatis dicitur. Porro cum in ecclesia primum locum obtinent episcopi, admonentur hisce uerbis, ut se strenue gerant in hoc spirituali aedificio, et se quoque meminerint quasdam columnas esse et fulcra infirmarum conscientiarum, se quoque pro ueritate stabilienda tuendaque in omnibus periculis debere persistere. Sic autem et alibi dixit Apostolus per metaphoram, Petrum et Ioannem columnas ecclesiae: Galat. 2. Cephas et Ioannes qui uidebant columnas, dexteram dederunt mihi ac Barnabae societatis. Nonnulli hic putant tacitam allusionem subesse

[p.88]

695 ad templum Hierosolymitanum siue ad synagogam, in qua figurae atque vmbrae suum
habebant locum: verum in domo Domini, quae est ecclesia, locum habent res atque ipsa
veritas: Ac proinde, quanto res praestant vmbris, tanto ecclesia eminentior et praestantior
censeri debet ipsa Synagoga. In domo enim Dei non vmbrae bonorum ostendunt, sed
ipsemet Christus, qui est veritas, praedicatur: et extra eam domum sunt merae tenebrae
et errores.

*Et citra controuersiam magnum est pietatis mysterium. Deus manifestatus est in carne,
iustificatus est in Spiritu, visus est Angelis, praedicatus est gentibus fides illi habita est
in mundo, receptus est in gloria.*

700 Quoniam dixit ecclesiam esse columnam et fulcimentum veritatis, ideo per affectum
suo more adiicit argumenta sex, ad comprobandum Euangelicam veritatem, quae est
in ecclesia, haberi et colitur, certam esse et indubitam (sic enim solet aliquando vbi
res excellentes occurrunt, pluribus verbis, et quasi digressionem, eas vtunque illustrare:)
705 addit, inquam, ista, ad significandum, quaenam sit illa veritas, quae in ecclesia mani-
festatur, retinetur et colitur. Vtitur autem verbis ad asseuerandum valde idoneis. Citra
controuersiam, inquit, magnum est pietatis seu Veritatis mysterium, et tam euidens, vt
quilibet confiteri debeat, ita rem se habere. Pietatem autem hic pro veritate decet accipi
autore Ambrosio. Proinde haec est illa veritas, quam nemo potest negare, et cui tuto
710 innititur ecclesia, eam senperiactans et praedicans: hoc est illud amplum et augustum
veritatis mysterium et summarium totius religionis nostrae, quod antea semper occultum
fuit, nunc autem nemo credentium non clare intelligit, nempe, quod Deus manifestatus
est in carne. Sane his verbis orium vocat, quia antea semper latuit, saltem nunquam sic
plene innotuit, vt nunc per Euangelium reuelata est. Sex autem rationibus veritatem
hanc confirmat approbat vt merito certissimum esse debeat, veritatem de salute nostra
715 in ecclesia retineri et praedicari. Primo,

Deus, inquit, manifestatus est in carne.) Id quidem verissimum est. Nam, ut dicitur
Phi lipa. Qui in forma Dei erat, formam serui accepit, et habitu inuentus ut homo. Ioan. 1.
Verbum caro factum est. 1. Ioann. 1. Quod erat ab initio, quod audiuiimus, quod uidiimus
oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostrae contrectauerunt de sermone uitae, et
720 uita manifestata est, et uidiimus, etiam testamur et annunciamus uobis uitam aeternam,
quae erat apud patrem, et manifestata est nobis. Itaque palam manifestata est ueritas de
Christo in ecclesia, cum uidelicet Christus natus est, et diuinitatis eius gloria multifarie
multisque modis palam est declarata uniuerso mundo, ut per eum salutem consequeremur.

725 Secunda ratio manifestatae ueritatis, quae docetur in ecclesia, Iustificatus est in
spiritu.) Id est, per Spiritum sanctum declaratus est uerus Deus, qui sic

mg Ioan. 14. Matth. 16. Ecclesiae si ueritas et diuinitas Eccles. quae modo dicitur stabilis tunc ueritas. |
mg In ecclesia Christus sunt res et ueritas, umbrae chortentur | *mg* Comproba ueritatem Euangelice | *mg*
1. Argum. aliososose. | *mg* 2. argum. monio Sp. S. t. Corinth. 1. | *mg* ueritas de Christo manifestata in
ecclesia. |

AD TIMOTHEVM CAP. III.

[p.89]

730 lustus, imon ipsa iustitia et iustificatio nostra, per quem vnum ex peccatoribus iusti red
 duntur, quotquot in eum vere credunt. Sic alibi quoque iustitia et innocentia Christi nec
 non potestas eius iustificandi alios per spiritum Sanctum tum scripturis, tum apertis signis
 comprobata est. Huc pertinent illa Rom.3. Proposuit Deus Christum reconciliatorem per
 735 fidem, interueniente ipsius sanguine, ad ostensionem iustitiae suae propter, missionem
 praeteritorum peccatorum quae Deus tolerauit, ad ostendendum iustitiam, suam .. in
 praesenti tempore, in hoc vt ipse sit iustus, et iustificans eum, qui est ex fide Iesu. Item
 Spiritus sanctus idem de Christo testatus est apertis signis. Vnde Io.1. Vidi spiritum,
 740 inquit Baptista, descendentem specie columbae de coelo, et mansit super eum, et ego non
 noueio eum: Sed qui misit me, vt baptizarem aqua, is dixit mihi: super quem videris
 spiritum descendentem ac manentem super eum, hic est, qui baptizat S.S. Et ego vidi, et
 testatus sum, hunc esse filium Dei. Item Rom.1. qui declaratus fuit filius Dei per potentiam
 et spiritum sanctificationis. Atque haec simplicissima videt interpretatio, maximeque
 745 accommodata ad explicandum mysterium veritatis, de quo verba Apostoli decet accipi.
 Nam verum amplissimum est hoc mysterium, et haec est indubitata veritas, seu pietas
 totius nostrae religionis: quod videlicet Deus manifestatus est in carne, quando Christus
 nostra causa dignatus est homo fieri: et quod idem iustificatus est in spiritu, quando
 iustitiam suam nostram fieri voluit, ac nos ipse qui sua natura iustissimus erat, iustos
 750 red didit, id quod Spiritus sancti testimonio abunde est comprobatum, vt nullus non
 possit clare intelligere. Multi durius hunc locum interpretantur. Nonnulli de assumpta
 humanitate intelligi illa volunt: ita, vt, quia Deus et homo vnus est Christus Deus, etiam
 iustificatus esse dicatur, non quidem in abstracto siue in substantia, (alioqui Deitas ipsa
 iustificata diceret, quod absurdum est) sed in natura assumpta, videlicet humana: cui
 755 naturae Deus pater addidit omnem perfectionem, ita vt in Christo inhabitet, vt dicitur
 Coloss.2. omnis plenitudo Deitatis corporaliter, et esset etiam in quantum homo, ple
 nus gratia et veritate.

Tertia ratio veritatis, quae in ecclesia retinet et praedicatur, haec est: Visus est Ang
 755 lis, quasi dicat: Vera esse quae docentur in ecclesia, de Christo et salute per eum parta id
 etiam Angelorum testimonio est comprobatum. Nam Angeli quoque illum vt Dominum
 et salutis autorem sunt venerati, et mysterium salutis nostrae in eo agnouerunt. Huc
 pertinet quod Christi natiuitas per Angelum, Gabrielem videlicet, est praenunciata. Luc.
 1. Christo nato Angelorum multitudo cecinit in coelo gloriam Deo, ad pastores nuncium
 tulit. Luc. 2. Christo post tentationem diaboli victori Angeli ministrarunt: Matth. 4.
 760 oranti in horto antequam caperetur, apparuit Angelus de coelo, corroborans eum: Luc.
 22. Postquam resurrexit, Angeli de eo testimonium ferebant mulieribus ad sepulchrum:
 Luc.24. Denique ascendente eo in coelum angeli Apostolos al locuti sunt. Act.1.

Quartum argumentum veritatis, Praedicatus est gentibus: a testimonio Apostolorum
 Nam et Prophetarum antea multa de hac veritate vaticinati fuerunt, quodque ea gentibus,
 id est, omnibus populis et nationibus foret manifestanda: et nunc demum Apostoli toti
 765 mundo eam annunciarunt: Ideo Simeon Luc.2. Christum vocauit Iesum ad reuelationem
 gentium. Luc.24. Christus iubet praedicari in nomine suo poenitentiam ac reuelationem
 peccatorum in omnes gentes.

Tertiae Inhabitatio in mundo: Quintum argumentum a fide eorum, qui audierunt;
 quasi dicat: si non esset veritas quae traditur ab ecclesia, quifieri posset, vt tam multi es

770 assentirent ? Homines enim feruntur ad consentiendum iis, quae sunt vera. Igitur quod
 uera fuerint, quae praedicatores illi docuerunt, hoc indicio est, quod statim quam pluri
 mi fidem ei doctrinae adhibuerint. Mirum est quòd homines illa credere potuerint de
 Christo, ad quae alioquin nullis armis, nullis rationibus humani ingenii induci potuissent:
 775 sed Deus fuit efficax in pectoribus eorum, ut sic ueritati assentirent, Marci 16. prae
 dicauerunt ubique Domino cooperante, et sermonem confirmante per sequentia signa;
 Receptus est in gloria. Sextum argumentum a glorioso exitu: quasi dicat: Hoc quoque
 ces tum est indicium, quod Christus sst ueritas et certa salus quia ipse et in coelo et in terr.

mg Qomodo Christus iusifrauus sie laspariut. | *mg* 2. Argumentuma testimonio Ange lorum 1. Petri.1. |
mg LAgmmen tum a testimonio Apostolorum. Esa.25.49. 60.Zacbus 9. | *mg* 2 Argumentũ a fide corum
 qui audierunt | *mg* 8. Argume um a foeliei seu glorioso ext tu, |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.90]

obtinere summam gloriam. In coelis quidem, nam eo gloriosus ascendit, ubi sedet ad dex
 » teram Dei patris, patri per omnia par et aequalis. Philip. 2. Deus in summam extulit »
 780 illum sublimitatem, ac donauit illi nomen, quod est supra omne nomen, ut in nomine »
 Iesu omne genu se flectat, coelestium ac terrestrium et infernorum, omnisque lingua con
 fiteatur, quod Dominus sit Iesus Christus ad gloriam Dei patris. Act.4. Nec aliud nomen
 est sub coelo datum inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri. Hae igitur rationes
 785 huc tendunt, ut probetur, ueritatem et mysterium pietatis siue salutis in ecclesia contineri,
 extra eam uero non nisi falsitatem esse et perditionem: Ac proinde admonentur episcopi
 omni ope in id eniti, ut ueritatem hanc tot euidentissimis rationibus comprobata in
 ecclesia retineant ac tueantur. Admonentur quoque omnes subditi, ut huic ueritati sic in
 ecclesiis traditae indiuulsem adhaereant. Quò autem clarius intelligantur uerba Pauli, in
 790 arctum syllogismum licet omnia constringere, Summa itaque argumentorum haec esse
 uidetur. Id pro ueritate haberi debet, quod sensu deprehenditur, quod a Spiritu sancto
 comprobatur, de quo Angeli ferunt testimonium, quod Apostoli ubique terrarum pro
 certo annunciarunt, cui et fidem plurimi in toto mundo adhibent, denique quod tam in
 coelo, quam in terris suam habet gloriam. Sed haec omnia ei competunt, de quo agitur in
 795 ecclesia. Igitur in ecclesia ueritas retinetur ac praedicatur, eique est adhaerendum. Et
 per consequens recte dicitur ecclesia columna et stabilimentum ueritatis. Agitur autem
 in ecclesia de Christo, qui est salus nostra, et ueritas ipsa, cui omnia illa Pauli uerba
 conueniunt.

Sequitur quomodo episcopi se gerent in ecclesia erga cuiuscunque ordinis homines.

CAPVT III

SPiritus autem certo loquitur, quod in posterioribus temporibus desciscunt quidam a
 fide, attendentes spiritibus impostoribus ac doctrinis daemioniorum per simulationem
 falsiloquorum cauterio notatam habentium conscientiam, prohibentium contrahere mat
 rimonium, etc. vsque ad eum locum cap.6.º Timothee. Actenus de uita episcoporum et

5 diaconorum domestica seu priuata: sequi tur iam, quomodon episcopi se gerent publice
 in ecclesia erga cuiuscunque ordinis homines. Ac primùm quidem hoc 4. cap.docet
 Apostolus, quomo do se habebunt in genere erga omnes: capitibus deinde 5. et 6. quo-
 modo erga diuersae conditionis homines, ualde quidem ordinate omnia. Porro cum
 10 primi cura episcoporum esse debeat, cauere uidelicet, ne in ouile Christi irrumpant
 falsi doctores, qui gregem decipiant et seducant: et non satis est episcopum docere quae
 recta sunt, nisi possit etiam refutare et euertere quae falsa sunt: Ideo statim hic praecipit
 Apostolus, quomodo episcopus suos praemonebit de uitandis falsis doctoribus.

Spiritus autem cerio loquitur.) Exorditur ab autoritate, more Prophetarum, spiritus
 S.Sic autem solent prophetae praefari. Haec dicit Dñs, etc. Fidem itaque suis uerbis
 15 conciliat ab autoritate spiritus, ne quis ea quae dicturus est, tanquam leuia et incerta
 uilipendat. Eandem ob causam τροφοῦκος addit uocem, certon: quia nimirum indubitato
 eueniet id, qd' spiritus praenunciat. Vel certo, quia non adumbrate, non sub figuris, uti
 solent Prophetae facere, ista significantur: sed certo, clare, simpliciter, nude, citra ullum
 uelamen. In posterioribus temporibus: desciscunt quidam a fide.) Imitatione Prophetica
 20 uaticinatur de posterioribus temporibus. Sic et Esa.2.Et erit, inquit, in nouissimis
 diebus praeparatus mons Domini in uertice montium, et eleuabitur super colles, etc.
 Comprehenditur autem nomine posteriorum temporum, omne tempus quod inter primum
 aduentum Christi in carnem est, usque ad secundum aduentum eius ad iudicium. Ideo et
 Apostoli sua tempora uocauerunt nouissima tempora. Vnde alibi Apostolus dicit: Nos
 25 sumus, in quos fines aetatum deuenerunt. Et Ioannes: Nouissima hora est. Et nostra
 tempora quibus nunc uiuimus, itidem nouissima appellantur, et quae nos sequuntur. In
 Euangelio Matth.2o. nouissima tempora per horam designantur vndecimam, qua otiosi
 in uespera mundi in vineam coelestis patrisfamilians conducuntur.

mg In ecclesia ueritatis et salutis cont netur myste. rium, extra quam saluus fieri nemo potest. | *mg*
 Maiorpropositio. Minor. Conclusio. Ecclesia ueritatis stabi limentum. | *mg* Episcopi u tapublica. | *mg*
 Aucuo et | *mg* fides. Euangelium caret umbris Tempor posteriora quenam si | *mg* Ab autorita te Sp.
 Sanct Veritas ora culorum. | *mg* 2Corint. Io t Ioan |

AD TIMOTHEVM. CAP. IIII.

Caeterùm hic discimus, insignem charitatem fuisse in Paulo, qui prodendo ista, quae
 30 spiritus ei reuelauerat, voluerit omnibus retrò seculis, adeoque nostris temporibus bene
 consulere. Ac propterea non debemus ista uerba Pauli otiose legere, quasi parum ad nos
 pertinentia, cum ex his uel maxime constet nunc, apud quos uera doctrina retineatur. His
 ergo posterioribus temporibus, etiam iam nostris praesentibus desciscunt quidam a fide:
 35 uere summa defectio est, ubi disceditur a doctrina fidei, quae plenissime in apostolicis
 literis est tradita: ut reuera iudicari possit a fide deficere, quicunque id uult quasi ad salutem
 necessarium inducere, quod ' euangelicis siue apostolicis scriptis non est proditum. Sicut
 imprudentiae iudicari queat neglecto fonte adire cisternas: Ita impietatis est deserta
 doctrina fidei salutem uelle quaerere ex doctrinis hominum: ideo discimus, merito nobis
 40 orandum, ut in fide seruemur, et fides nobis semper augeatur: sicut orabant apostoli
 Luc.17. et ne fides Petri deficiat, orat Christus Luc.22. Simon, Simon, ecce Satanas

[p.91]

expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum: Sed ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua, et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Igitur et nos debemus interdum inuicem confirmare, ne in fide deficiamus.

Attendentes spiritibus impostoribus, ac doctrinis demoniorum.) Caussa formalis
 45 liue et ficiens, cur desicient a fide: quia uidelicet attendent et aurem accommodabunt spir
 tibus impostoribus. Graece προσέχεντες πνουμασι πλάνοις. προσεχω idem
 est, quod atten do, aduerto animum, totus adhaereo. Significat igitur totos addictos fore
 spiritibus impostoribus, fallacibus, seductoribus, erronibus. Nemo potest seruire duobus
 Dñis: Non audiet aliquis simul Christum et Belial: Qui in tenebris est, odit lucem:
 50 Qui non audi spiritum veritatis, qui est spiritus Dei, talis atrendit spiritui impostori, ac
 propterea in fi de labitur, et assentitur doctrinis demoniorum, id est, quas daemones,
 aduersarii Christ et veritatis inspirant et instillant impiorum animis. Simili prope modo
 dicit 2. Thessal. Mittet illis Deus efficaciam illusionis (sicut per praestigias illudunt
 55 oculi, vt putent se vi- dere quae non uident) ut credant mendacio, ut iudicent omnes,
 qui non crediderunt ueritati, sed tapprobauerunt iniustitiam. Magnum autem est, qu
 Apostolus uno uerbo et magna autoritate uocat omnem falsam doctrinam generaliter,
 doctrinam demoniorum. Sicut em omnis sans et uera doctrina recte dicit doctrina
 spiritus: nam spiritus est qui docet nos omnem ueritatem, ut alibi ait Christus: Ita omnis
 60 falsa doctrina recte dicit doctrina demoniorum si ue diabolica: quia diabolus mendax
 est, et pater mendacii. Huc pertinet, quod Iacobus cap.3 Sapientiam quandam uocat
 daemoniacam, quippe in qua aemulatio est et contentio.

Per simulationem fassloquorum, cauterio notatam habentium conscientiam.) Modus
 quo fallent spiritus impostores. Fallent, inquit, per simulationem seu per hypocrisin
 falsiloquorum: quia nulla ratio ad fallendum simpli ces magis idonea, quam simulata
 65 sanctitas. Ideoque data est a Deo angelo Satanae hec potestas, ut in angelum lucis
 sese transfiguret: 2. Cor.1. Hinc nullo, la opinio proponit ta absurda, am aliena a recto,
 quae non aliquo fuco et colore ueri po sit tegi et uestiri. Et in omnibus fere erroribus
 et superstitionibus, quae unquam in eccle siam irrepserunt, hypocrisis dominata est.
 Quam ob caussam creberrime admonet scriptu ra hypocritas summo studio deuitan
 70 dos. Caeterum utut foeliciter agant suum negocium hypocritae coram mundo, et apud
 simplices habeant pro sanctis et piis: tamen coram Deo habent insynceram et ream
 conscientiam, habent conscientiam notatam cauterio. Estque elegans metapho raad sig
 nificandum contaminatam conscientiae maculam, qua cauterium a corpore ad animum
 trans, fert. καυτήριον graeca uox, instrumentum ferreum quo Chirurghi adurunt putridas
 75 comes siue ulcera, unde semper nota aliqua remanet. Etiam maleficis interdum notae
 in facie, uel alia corporis parte ad contumeliam huiusmodi instrumento inurunt. Recte
 ergo cauterio notatam habere dicunt conscientiam, qui quamuis foris simulare norint
 mirabilem sanctimonia, tamem intus conscientiam habent contaminatam et impuram per
 hypocrisin, sicut nunquam elue re possint impietatis notas, non magis que elui potest
 80 stigma cauterio inustum curi. Et per eam notam rei significant coram Deo, et a bonis
 piisque quibus pura est conscientia, separant. Sicut in piis requirit Apostolus fidem et
 conscientiam puram seu bonam, ut iam saepe dictum est: Ita impiis hic dicit conscientiam
 esse cauterio notatam, id est, impuram, non bonam. Danda unicuique opera, ne in horum
 numero reperiatur.

mg A fde defcere est sum ma descetio. | *mg* Ieremma. | *mg* Maith.8. 2Corin.6. | *mg* 2.1b841. | *mg* Dodtrina denoniorf est doctrina fasa Acontrario. 10an.16. 1041.8. Ipocrist et simulata sanctimonia fimlices seducit Satan. Doctrina Sa tanae fucata. | *mg* Arectapbora a corpore ad animum. καυτηριάτω contaminio, Caeterio inficio. Pailus hic habet υατηρανα ras. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.92]

85 Prohibitum contrahere matrimonium, iubentium abstinere a cibis.) Veldu ngna
 quaedam addit a genere doctrinae sumpta, quibus dignosci possint falsi illi doctores
 hypocritae. Pauca autem signa posuit pro multis, ratus satis esse exempli gratia pro-
 tulisse. Christus itidem Matth.7.23. et alibi describit quomodo hypocritae dignosci
 90 possint, a genere uitae siue a morbus, vtshic a genere doctrinae describuntur: vt nullo
 pacto excusari possint, qui dicunt, se non posse distinguere veros doctores a falsis. Certe
 nun quam sermone quis consequatur, quantum Apostolo debeamus, quod haec signa
 expresserit. Nam uel ex his potissimum clare iudicare possumus apud quos pura doctri na
 sit conseruata hoc nostro tempore, et e contra qui eam opprasserint, siue qui sint spiritus
 impostores, falsiloqui, hypocritae, conscientiam habentes caeterio notatam. Quis autem
 95 existimaret ista esse contra doctrinam fidei quis cegitaret esse doctrinas daemoniorum,
 nisi Paulus ipse ita pronunciasset ? Nam vxorem habere, vel non habere, hoc cibo
 uesci aut non uesci, putaremus inter διαφέρα seu μέσα, id est, indifferentia seu media
 numeranda. Imo facile persuaderi queat, ista amplissima quaedam et sanctitate plena
 opera, uidelicet coelibem uitam agere, non ducere uxorem, carnem abstinentia certorum
 100 ciborum macerare. Matth. 19. Beatus, qui castrauerit semetipsum propter regnum
 coelorum: Et coelibatus angelicam puritatem referre uidetur. Seiendum autem et haec
 et alia multa, si simpliciter considerentur αδιάφορα seu Λεσα recte appellari, utpote
 quae neque facta neque neglecta prosunt aut nocent: Sed tum demum in his peccatur
 contra doctrinam fidei et fiunt doctrinae daemoniorum, quando, ut Paulus hic ait, pro-
 105 hibentur, quasi per se peccata, et eduntur praecepta ad obligandas conscientias. Erroris
 ergo uis deprehenditur in uerbo prohibitionis. Nam prohibere illa quae in scripturis
 approbantur, et ita prohibere, quasi qui diuersum faciant, grauissime peccent coram
 Deo: tum praecepta istiusmodi equiparare praeceptis Dei: denique asserere, eorum
 obseruatione Deum coli: hae conditiones additae efficiunt doctrinam daemoniorum.

110 Nos in libertatem spiritualem uocati sumus per Christum, ac stare debemus in ea lib-
 ertate, qua Christus nos per fidem donauit, ut habetur Galath.5. Itaque non debemus
 sieri serui hominum, non debemus attendere spiritibus impostoribus, qui nobis uolunt
 obtrudere et cogere nos ad istiusmodi humanarum traditionum obseruationem. Quod
 si in hanc seruitutem coniiicimur, et sic ista obseruamus, quasi ad salutem necessaria,
 115 aut quasi per ea promereremur gratiam coram Deo: Sane Christus nobis fiet otiosus,
 et quasi frustra pro nobis mortuus. Caeterum quid scriptura definiat de coniugio uel
 coelibatu, non est obscurum. Damnarunt nuptias et certos cibos Manichaei, Encratitae
 seu Tatiani, nuptias in primis, Esseni, Monachi, Apotactitae: quasi dicas extraordinarios:
 denique pontifices quidam suis prohibuerunt. De Essenis Iosephus de bello iudaico
 120 liber 2.cap.7.De Apotacti cis Augustinus. De Pontificibus, Calixto, Innocentio primo
 uide Platinam. De Gregorio septimo alias Hildebrando uide Sigibertum Gemblacensem.

Scriptura autem nuptias permittit omnibus liberas, coelibatum nullis praecipit. Nam de coelibatu Sapient. 8. dicitur: Scio quia non possum esse continens, nisi Deus det. Matth.19.cum Apostoli dixissent: Si ad istum modum habet causa hominis cum uxore, non expedit contrahere matrimonium, dixit Christus: Non omnes capaces sunt huius dicti, sed ii, quibus datum est. 1.Corinth.7. Bonu est homini uxorem non attingere: attamen propter supra uitanda suam quisque vxorem habeat, et suum quaeq uirum. Ibidem. Dico inconiugatis et uiduis, bonum est eis, si manserint et ego. Quod si se non continent, contrahant matrimonium. Nam satius est matrimonium contrahere, quam uri.Ibidem. De uirginibus praeceptum Domini non habeo. Quod si duxeris uxorem, non peccasti. Et si nupserit uirgo, non peccauit. Quae uero ibi dicit in commendationem uirginitatis, sic uult accipi, ut non iniiciat ulli laqueum. (sicut non ideo contemnitur argentum, quod maioris precii aestimatur aurum: ita nec matrimonium est improbandum, etiam si ei anteferri uideatur Virginitas:) Sed plurima adhuc passim occurrunt in commendationem coniugii:ut Hebr.13. Matth.19. Genes.2. etc. Quae omnia apertissime damnant istos, qui prohibent matrimonium contrahere.Sed et reru euentus docuit grauissima

mg sgu.x9 bas agnoscitur doctrin bypocritae et same. | *mg* ααρϥτ seu μιοα | *mg* quae sintis de Gellium libus 2 cap.71 et D. Philit pum in loc communibie de traditie nibus bum nis. Origenes ceptus. Auuphor rum discrimeniu proi bibitione. Libertas Christianin adia ph ris. | *mg* ErerNa nichaeorum Encratitaram, Essens runt, Mons chorum, A. potactitarum, Nuptie lib raeuscript ris pmisse. Castum, et coelibem est se non estne stri captus e potestatis. | *mg* A fiuult | *mg* Commend to conuae |

AD TIMOTHEVM CAP IIII.

scandala in ecclesiis euenisse ex illo coelibatu contra Dei uerbum praecepto. Er longu foret enarrare, qualia, quam abominanda scelera sint tum Romae tum alibi per inuoluntarios coelibes perpetrata, et quodammodo impune lata. Quia autem manifestissimus error, prohibere matrimonium, ideo Apostolus hoc loco nullum contra eum uerbum facit, quasi indignum, qui multis argumentis confutetur: et manifestiorem, quam ut opus sit multum impugnari. Nam et naturae ipsi repugnare a quouis intelligitur. Tollant vitium in natura positum et concupiscentiam, ac tunc prohibeant nuptias.

De altero itaque errore est dicendum. Is autem est, Iubentium abstinere a cibis: Et hos quoque falsiloquos doctores senserunt nostra secula. Nam illi ipsi qui nuptias prohibuerunt, etiam coegerunt abstinere a cibis: quasi uero pletas esset sita in certorum ciborum abstinentia, et impietas in eorundem usu. Vide Platinam in uita Gregorii septimi: etiamsi nonnulli interdictos cibos referant ad Thelesphorum. Vide exemplum Spiridionis episcopi Cyprii in historia tripartita liber .cap.1o. Sed quae contra hos in scripturis sunt prodita, non opus est per nos adferri: quando Apostolus ipse breuem quandam eius erroris confutationem adiicit.

[p.93]

Quos Deus creauit, ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, et his qui cognouerunt veritatem: quod, quicquid creauit Deus, bonum sit: et nihil reiiciendum, si cum gratiarum actione sumatur: sancti ficatur enim per sermonem Dei ac precationem.

Tria sunt argumenta. Primum a dignitate creatoris et rerum qualitate. Quod bonum est, id nequaquam est reiiciendum. Sed quicquid Deus creauit, id bonum est: (sic enim et Genes.1. dicitur: Et vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona) Igitur cibus quem Deus creauit, quique ideo bonus est, nequaquam est reiiciendus. Huc pertinet
 155 quod Ambrosius dicit, cibos per id, quod despiciuntur, quodammodo signi ficars malos esse, et a malo autore inuentos. Sic autem existimarunt Hieracitae et Manichaei. Ideo generaliter dictum est. Corinth.o. Omne quod in macello venditur, man ducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Ibidem. Si quis vos vocat infidelium ad coenam, et
 160 vultis ire, omne quod vobis apponit manducate, nihil interrogantes propter conscientia.
 .e

Secundum argumentum a causa finali sic habet. Cibi sunt condiri, vt sumantur cum grauiarum actione fidelibus. Igitur nihil reiiciendum, si cum gratiarum actione sumatur. Si itaque in hunc vsum sunt conditi, cur illis non vtamur? Huc pertinet, quod Deus
 165 omnia condidit ad vsum hominis, et hominem omnibus praefecit, vt omnibus libere vtatur, Genes.19. et Pialm.3. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues et boues etc. Et de gratiarum actione Rom 14. Qui non vescitur vescentem non iudicet. Qui vescitur, Domino vescitur: gratias enim agit Deo. Ideo a Paulo reprehensus Petrus Galath.2. apud Antiochiam, quod cum prius sumpsisset cibum cum Gentibus, postea aduenientibus
 170 Iudaeis sub duxit se ac separauit a Gentibus. Caeterum non sine causa addit, Fidelibus, et per in terpretationem, his qui cognouerant veritatem. Hos enim censet vere fideles, qui nat creaturam per se bonam, et creaturae vsum: tum quia sibi vendicat ex abstinentis Illa immoderata iustitiam, ex opere uidelicet suo iustificari uolens coram Deo, et ali, os non ita facientes arroganter aspernatur, et si quas agit gratias, tantum hypocritas id
 175 facit: neque etiam habet illum finem abstinentiae, quem deberet, uidelicet maceratum reddit, et grauissime peccat, qui creaturam Dei bonam aspernatur. Fideles interim omni creatura utuntur sine peccato, non quidem ad ostentationem

mg Ex coelibata grauissima enata scandala. | *mg* Prohibere matrimonium | *mg* m f deui ges rum usus est noxtus, propter ipfiusmet malitiam G dnerias. | *mg* rideles recte sanctequēz atuntur donis Dei. | *mg* | *mg* |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

et Des gloriā. Hinc dicitur Tita. Omnia pura puris: porro pollutis et in delibus, nihil
 180 est purum, sed polluta est illorum mens et conscientia. Coloss.2. Nemo vos iudicet in cibo aut potu, aut parte diei festi, quae sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. Rom.14.1. Corinth.8. Itaque fideles omnia liberem sumunt cum gratiarum actione.

Sanctificatur enim per sermonem Dei ac precationem.) Tertium argumentum habes in clusam occupationem. Sanctificatus est cibus: igitur licite sumitur. Quod si quis neget sanctificatum, dicens esse immundum, ac propterea eo non vescendum: id rursus

[p.94]

[p.95]

185 diluit, dicens: eum sanctificari per verbum Dei. Sanctificatur autem cibus, non quod
antea non fuerit bonus, quandoquidem quicquid creauit Deus, bonum est: vel, quod
fiat sanctior, quam antea: Sed ad vsum sanctificatur, vt fidelis eo vtatur sine peccoto,
qui infideli sanctus et purus nequaquam est Sanctificatur autem per sermonem Dei, id
est, per Dei institutionem. qui voluit omnia pura esse puris, et sancta esse omnia recte
190 cum fide et gratiarum actione vtentibus: Ideo Actor. 11. Petro dictum est, Quod Deus
purificauit, tu ne commune dixeris. Purificata sunt autem omnia, vel obhoc, quod a
Deo sunt condita, et bona, et eo sermone, quo Deus illa condidit, eodem sanctificantur.
Si autem bona et sanctificata, unde dicentur impura, praesertim ei, dui sis tans quam
bonis cum gratiarum actione utitur? Romah.14. dicitur. Noui et persuasum ha' beo per
195 Dominum Iesum, nihil esse commune perse, nisi ei qui existimat aliquid esse commune,
illi commune est, qui videlicet infidelis est, et non credit ea verbo Dei esi se sanctificata:
Marci 7. Christus aiebat, nihil esse extra hominem introiens in eum, quod possit eum
coquinare, nimirum quia omnia simul, dum conduntur verbo Dei, etiam per verbum
Dei sanctificantur. 1. Coilath.8. Esca vos non commendat Deo, neque, si comedamus,
200 alsquid vobis superest, neque, si non comedamus, quicquam vobis deest. Praeterea
adhuc sanctificantur ad vsum nostrum, per precationem, quae fit ex fide. Duplies ratione
sanctificantur: primùm generaliter verbo ipsius Dei, quo sunt condita, et instituta omnia
vt vtilia et pura sint bene vtentibus: Deinde accedente etiam nostra precatione per fidem.
Eam ob causam Christus exemplo suo frequenter docuit, cum fracturus esset panem,
205 gratias agere, deinde et cibo sumpto hymnum dicere: ita, vt etiam si quid putaretur
impuritatē vlli cibo inesse, interueniente tamen nostra precatione, purus efficeretur.
Atque ex hoc loco discimus, doctrinam hanc valde necessariam omnibus Christianis, vt
nullum conuiuium auspicientur vel finiant, quin praeceat consequaturque gratiarum actio,
quam rationem Tertullianus saepe celebrat: Estque hoc institutum etiam a teneris incul-
candum et obseruandum vt sic cum honore et summa reuerentia cibum a Deo creatum et
sanctificatum sumamus. Et certe natura impulit etiam ethnicos ad ciborum tractationem
honorandam. Hac namque de caus sa potissimum mensae ornantur mundis mappis, non
tantum digitorum extergendorum gratia, sed magis veluti ad religionem et puritatem
significandam, quae et cibus inest, et in nobis quoque requiritur, quo tempore dona Dei
215 quotidiana accipimus. Caeterùm cum haec ita dicuntur contra praeceptum coelibatum,
contra praeceptam abstinentiam a certis cibis: non damnatur quidem virginitas aut coeli-
batus, non item damnatur carnis castigatio et moderata abstinentia: sed hypooritica illa
sanctimonia, et ad has res amplectendas coactio, et conditiones illae additae, quod sint
obseruatu necessaria, quod sint cultus Dei: quod gratiam promereantur coram Deo: quod,
220 qui ista obseruant, praestantiores et meliores sint caeteris, qui eadem non obseruant:
denique omnia illa scandala et pericula conscientiarum, quae ex huiusmodi doctrinis
daemoniorum exoriuntur: veluti ex coacto coelibatu scimus grauissima scandala enata,
ex ciborum delectu periclitatas simplicium conscientias: sed quaestum cessisse auaris
episcopis.

*De his si commonefeceris fratres, bonus eris minister Iesu Christi, enutritus in sermonibus
fidei bonaeque doctrina, quam usque secutus es.*

225 Infert ipsius esse, de cauendis eiusmodi spiritibus, impostoribus et doctrinis daemonio-
rum pios admonere, atque vt id strenuē faciant, addit argumenta suasoria. Prius

mg 5. Argumentum ab Occu patione. Verbo Dei cibus sancti ficatur. | *mg* Fidelibus e mnia sunt pura ex san ctificatione Dei. | *mg* Duplex fat ctificatioci borum. 1. Sanctific tio manat es uerbo Dei. 2. Sanctific. tio fit per precationem ex fide. Conuiuia Christianorum ichoari et finiri de bent gratia rum actionc. | *mg* Pontificiort conditiones peruersee hposuouse. |

AD TIMOTHEVM CAP. IIII.

[p.96]

argumentum, Bonus eris minister Iesu Christi, a ratione officii et a pio: quasi dicat, pie feceris, et id quod debes praestiteris, si tuos in tempore commonefacias. Alterum argumentum, Enutritus in sermonibus fidei bonaeque doctrinae, uidetur esse a facili; 230 quasi dicat: facile erit tibi animos illorum praemunire et confirmare contra tales errores ingruentes, quia ab infantia sacras literas nosti. Nota quod sermones fides semper urget quia semper fides illa respicienda est. Omnis doctrina ad fidem et charitatem ceusco; pum debet tendere, uti in principio dixit: Finis praecepti est charitas ex puro corde, et conscientia bona, et fide non simulata. Latet et in illis uerbis argumentum ab honesto siue 235 ab aequo: quam vsque secutus es: quasi dicat: Hactenus semper probe es tutatus sanam doctrinam, turpissimum foret si nunc eius partes desereres. His itaque ra uionibus animat Apostolus suum Timotheum, ut omni diligentia suos commonefa ciat (animaduerte in hoc uerbo modestiam requiri maximam) de vitandis doctrinis daemoniorum. Animaduertant ergo, his argumentis se quoque admoneri, quicumque ecclesiarum ministri, et sua 240 interesse, vt inuigilent sedulo, ne gregem dominicum inuadant lupi rapaces, adferentes doctrinas daemoniorum.

Caeterum profanas et aniles fabulas reiice, quin potius exerce temetipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio paululum habet utilitatis. At pietas ad omnia vrilis est, vt que promissiones habeat vitae praesentis ac futura.

Generaliter praecipit, quicquid non facit ad ueram pietatem, reiiciendum, neque alio loco habendum, quam quo haberemus profanas, id est, alienas ab omni religione: et andles, id est, vanas, uerbis molestas, fabulas. Adeo episcopi interest, non solum ea resu care, 245 quae manifeste sunt impia et cum uerbo Dei pugnantia, uerum illa quoque quae licet ir speciem uideantur bona, tamen ad ueram pietatem haud sunt necessaria. Proponebantur haud dubie multa et praeclara a pseudoapostolis etiam ex lege Mosaica petita, saltem eilegi consentanea: cuiusmodi erant obseruationes dierum, delectus ciborum, mundicies externa, ieiunia, deinde et alia quaedam quae humanae rarioni probabilia, in admiratione 250 habenda, laude digna et Deo grata fore uidebantur: et tamen illa omnia Apostolus rencit ceu abiecta et prorsus indigna, uocans ea profana, et prouerbiali locutione aniles fabulas, quasi illis contemptius nihil posset iudicari. Sicut enim solent prouerbiali figura, ea quae nullius momenti sunt, quaeque pro meris deliriis habentur, ridicula et contem nenda, aniles sabule appellari: quia nimirum anus, natura et aetate loquaces, res 255 absurd; das et uanas magno taedio audientium narrare consueuerunt, aut, si oblectant, sola oblectantuanitate. Vnde graecis prouerbium est, γρᾶν ἰλῶ, id est, anicularum delyramenta Profanum quoque irreligiosum, impurum, et a sacris arcendum significat: Vnde illud, Procul hinc, procul ite profani. Breuiter itaque et simplicissime, omnia illa

260 quae ad veram pietatem non faciunt, Apostolus nihilo praestantiora duci vult profanis, id est, impuris, sordidis et anilibus fabulis, id est, ridiculis, deliris commentis. Et quo nomine commodius significare posset summum earum traditionum contemptum, quam vocando eas fabulas ? Apparet autem ideo Apostolum audacem hac in partefuisse et magnanimum, in adeo vilisaciendis his, vt nos quoque eo audacius omnem doctrinam, quae non necessaria est ad ueram pietatem, aspernemur, neque patiamur nos aut nostros
 265 vlla doctrina, etiamsi non aperte impia, a recto abduci. Sed videamus quid nomine pietatis intelligi conueniat. Vbi interpret reddidit. Pietatem, graece habetur δ σέθεαυ. Εύσέθεα, si Etymon respicimus, idem est quod bonus siue uerus cultus. Et ita pietatem vertit etiam Hieronymus Epistola²⁹. Pietas, inquit, quam Graeci uel ο σεθειαν, vel expressius et plenius θεοσέθεαν uocant, aliud non est, quam iustus Dei cultus. Et
 270 quomodo proprie Latinis auribus accipiendum sit nomem pietatis, Cicero in oratione pro domo sua ad Pontifices indicauit. Equidem sic accepi, inquit, Pontifices, in religionibus suscipiendis caput esse interpretari quae uoluntas deorum immortalum esse uideatur. Nec est ulla erga deos pietas, nisi honesta de numine sorum ac mente opinto, cum expetinihi ab iis quodsit iniusta et inhonestum

mg L Argummen tum suasorium a ratione of ficii et apio. 2. Argumen tum a facili. Scopus doctrinae fidei et charitati est designatus. | *mg* Ab bonesto et equo. | *mg* Preceptum generale de anilibus et uauis fabulis Iugienaus. | *mg* Anus anitia Fractant. Prouerbium. 9τάρθ θκος. | *mg* EiMha | *mg* Feusax, |

L. EPIST. D. PAVLI

275 Pietupe arbitrere. Pietas ergo ad Dei honorem respicit, eaque complectitur quae ad verum, bogloriam cul tongrept num, legitimum cultum Dei pertinent. Cum autem Deus nequaquam colatur mandatis hominum, siue cum in traditionibus humanis non situs sit cultus Dei: sequitur ergo solis mandatis Dei eum coli. Mandatorum uero Dei summa haec est, ut credamus in eum quem misit ille: ut dicitur Ioan.6. Deinde propter eum
 280 diligamus nos mutuo: Coutar De Ioan.1. Quare pietas omnis in fide et charitate consistit, et quicquid ex his oritur, ad us potissimi pietatem recte referetur. Quicquid uero ad has proprie non pertinet, profanum et anifide et Cha libus fabulis simile aestimabitur. Pietas uera in spiritu et uerstate cultum, timorem, amoritate iisque rem, confessionem
 285 includit: deinde patriae, parentum, amicorum, inimicorum, superiooperibus quorum et inferiorum ex aequo dilectionem: In animo praecspue sita est, et fide charigteque exillis oriun potissimum praestatur: deinde exterius etiam iis operibus, quae suapte natura ad Dent gloriam et proximi utilitatem faciunt. In uera itaque pietate hac debemus non solum aEmphasieid hos, sed nosmetipsos, ut caeteris exemplum praebeamus, reipsa, non tantum uerbis, exerutraque uoce. cere. Exerce, inquit, temetipsum. Exercere
 290 significat frequenter, sedulo et cum diligenExercitua in aliqua re occupari. Vnde exercitum appellatum apparet, quia in eo copiae miliinde didtus tum assidue occupantur in armis. Et dicuntur exercitia bonarum artium, quia his toto animo et omni tempore intentos esse conuenit. Graece est γυμναζε σεαυτον, a uerbo γυυνέζω, proprie de exercitatione corporum, qualis erat in ludis et gymnasiis athletarum, ubi τύενοι, id est,
 295 nudi se exercebant. Exigitur itaque, ut opera illa pietatis magno nisu et assidue a nobis

[p.97]

ipsis expleantur, dum oportet nos in illis exerceri, et totos, ut ita dicam, occupari.

Nam exercitatio corporalis paululum habet vtilitatis, at pietas ad omnia viilis est.) Sicut antea duobus exemplis in medium adductis ostendit, qualesnam essent doctrinae daemo niorum: Ita hic exemplo uno subindicat, qualia ceu aniles fabulas uelit
 300 reiici, nempe corporalia illa quae nonnulli splendida tradunt de exercitatione corporall, cuiusmodi sunt, ieiuuana si adfit nia, uigiliae, corporis molestatio, et similia, quae ad refrenandum carnem excogitantur: saperstitio. quae omnia quamlibet mundus admiretur pro difficilibus et Deo placentibus, tamen Comparatio si aliquid habent utilitatis, certe non multum. Confert autem corporalem exercitatiopietatis et nem cum pietate, et hanc
 305 ratione utilitatis illi longe praefert: spectandaque est hic comcorporalis munis sententia, quod ex duobus utilibus, id quod magis utile est, eligendum. Sed uexercitatio de obscuro, quomo Paulus pro exemplo, earum rerum, quae alienae sunt a pietate, quaeque nihilo praestantiores anilibus fabulis, adfert exercitationem corporalem, quam tamen putarent multi rem magnam et sanctam et praedicandam. Sed quam nugalia diceret et uana, etiam
 310 praecepta edita et excogitata de his, deinde persuasiones, quod promererentur gratiam apud Deum? Deinde quod nonnulli alios facerent suorum meritorum ex istiusmodi exercitationibus participes, id quod monachos quosdam fecisse uidemu, qui literas uendebant, quibus fatebantur, se participes facere emptores omnium eiusmodi operum et meritorum: Apostolus omnia esusmodi dicit paululum utilitatis habere, uel fere nihil
 315 Reuera autem quid cedit ad Gloriam Dei, quod quis inedia caput suum laedit, aut corpus suum alia ratione afficit iniuria, per superstitionem, ut dicitur Coloss..ac humilitatem animi et laesionem corporis? Quantulum etiam ex istiusmo di iuuatur proximus tuus egens et inopia pressus? Sane neque Deus his honoratur, nes que fides exercetur, neq insuper exercetur charitas, qua iuaretur proximus: imone Exempiñ de illi quidem ipsi
 320 prosunt, qui se sic vexat et fatigat. Ideo Dominus uolens illud insinuateuane. re per Esaiam cap.58.aiebat: Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere » hominem animam suam Anut incuruet sicut iuncus caput suum, et saccum et cinerem ” sternat? An istud uocabis seiunium et diem acceptabilem lehouae? Nonne hoc est ie” iunium quod elegi, ut dissoluas colligationes impietatis, soluas fasciculos graues, et di mittas
 325 confractos liberos, atque ut omne iugum dirumpatis? Nonne ut frangas esurienti panem tuum, et pauperes uagos introducas in domum? quum uideris nudum ope* rias eum, et a carne tua ne abscondas te? etc. En aperte prophetae uerba Apostoli sen» tentiam explicant. Dissolue igitur colligationes impieratis, perinde ac si diceret, exerce te in uera pietate et omite las exercitationes corporales, stultas et inutiles. Pietate

mg cit. Matth.is. Est29. tur. | mg Exercitia uis | mg | mg |

AD TIMOTHEVM CAP. IIII.

330 autem ibi aperte constituit in operibus fidei et charitatis, in miericorula, eieeinorynas noxarum condonatione. Hoc visum est exempli caussa de inutili ieiunio ex propheta adducere: Et simili modo iudicandum est de aliis exercitationibus, quae cum ieiunio vix sunt conferendae. Itaque constat exercitationes corporales etiam exacte et diligenter sactas, parum vel nihil habere vtilitatis, pietatem vero, id est, opera ex fide et charitate

[p.98]

335 prodeuntia, quibus honoratur Deus et iuuat proximus, ista multam vtilitatem adferre,
 nenpe Deo gloriam, proximis commodum, et illi qui ea facit, quietemin conscientia.
 Ambrosius: Omnis summa disciplinae nostrae in misericordia et pietate est. Prodest
 autem in haec uerba Pauli frequenter intueri, ut prudenter discernamus, quaenam opera
 ad veram pietatem facians et quae non. Videtur autem non temere dixisse Apostolus,
 340 exercitatione corporalem paululum habere vtilitatis: quasi aliquid utilitatis illis inesse
 concederet. Reuera autem, pdest interdum piis, si adhibeant, ad extirpandas, uel saltem
 opprimendas, quantum fieri licet, re liquias peccati nobis inhaerentes, corpori quasi frena
 quaedam per exercitationes corporales, sicut Apostolus dicebat 1. Corinth.9. Subiicio
 corpus meum et in seruitutem redi go:ne quo modo siat, ut cum aliis praedicarim, ipse
 345 reprobus efficiar. Et praeparantur per istiusmodi exercitationes corpora nostra, quo
 minus rebellent spiritui ad bona enitenti. Sed ista non facient pii quasi ad iustitiam sibi
 parandam, aut quasi legis conscientia ad eiusmodi adigerentur. Imo semper iudicabunt
 ista, etiam cum integerrime fiunt, cum uera pietate, quae in fide et charitateuersaã, collata,
 nulla propemodum esse, imon pene sordida, et nun quam parem utilitatem allatura. Non
 350 sunt respuenda illa, quae ad uirtutum incitamentum faciunt uel animum praeparant: Sed
 ipsis uirtutibus postea prodeuntibus nullo pacto aequanda Sicut praeparata quae eriguntur
 cum domus aedificanda est, sunt quasi necessaria, nor tamen postea suntutilia, perinde
 ut domus ipsa: ita de omnibus illis actionibus, qua ad continentiam, ad sobrietatem,
 praeparant, est iudicandum, qu ipsa quidem sunt ueluti necel saria effrenis animis, sed
 355 in illis pietatis utilitas nequaquam est collocanda, sed de his satis.

Vt quae promissione habcat vitae praesentis et futura.) Probatio quod lit utilis
 pietas. Et subintelligitur argumentum hortatorium huiusmodi. Illi rei potius intendendum
 esti quae habet adiunctas promissiones, quam quae non habet: Sed pietas habet adiunctas
 promissiones: exercitatio autem corporalis non habet. Igitur pietati potius intendendum,
 360 quam exercitati corporali. Caeterum quod exercitatio corporalis non habeat ad iunctas
 promissiones, satis liquet, quia nusquam legitur quempiam ratione eius iustificatum, uel
 alias consecutum aliquid praemii a Deo: nisi forte dicamus illud praemium, qu hypocrita
 recipiunt propter difficilia opera sua, gloriam inanem apud homines: sed hanc accipiendo
 amittunt gloriam apud Deum: et quam imperiti in illis honorant pro pietate, id apud Deum
 365 damnatur pro summa impietate. At uero pietas habet adiunctas promissiones. Nam cum
 pietas constet fide et charitate: sequitur omnes promissiones factas credentibus et charita
 tem exercentibus ad pieratem debere referri. Quomodo autem fide et charitate sancti
 patres obtinuerint promissiones, plena est scriptura. Vnde Hebr.11. dicitur generaliter,
 sancti assecuti sunt perfidem promissiones. Roman.4. Promissio contigit Abrahae non
 370 per legem, sed perfidem. Longum esset exempla enumerare. Dicit autem promissiones
 esse vitae praesentis et fuiurae: Estque Amplificatio utilitatis, quod etiam aeterna sit,
 non momentanes tantum. Constat enim, qu pietatem exercentibus non solum praemia
 sint proposita Ir futura uita, de qua re plurima extant testimonia, sed etiam in praesenti
 uita proposita sunt bona temporalia. Huiusmodi erant promissiones illae ad Abraham
 375 Genes.12. faciam te ir gentem magnam et benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum,
 erisque benedictus: Benedicam benedicientibus tibi, et maledicam maledicentibus tibi.
 Et Genesas.ad Iacob: Terram in qua dormis, tibi dabo et semini tuo, eritque semem
 tuum quasi puluis terrae. Dilataberis ad orientem et occidentem, et septentrionem et
 meridiem. Et Deuteras. praemia diuersa et temporalia promittunturiis qui obseruabunt
 380 legem Dei:sicute contrario cap.27. proponuntur horrenda mala transgressoribus. Et in

nouo testamento Matth.6. Nouit pater uester coelestis, quod opus habeatis his omnibus: quin potius quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adiicientur uobis. Atque idcirco proposita sunt praemia etiam in hac uita, et externa seu carnalia, simul et rudiores his ad bene agendum mouerentur,

mg ἡ πίστις ἐστὶν ὡς κρητὸν ἢ ὡς κρητὸν. | *mg* Exercitatio corporalis ministra est. Similitudo. | *mg* Pietatis utilitas. Argumentum ab utili. | *mg* Corporalis exercitatio non habet promissiones iustitiae aut praemii diuini. Matth.6. | *mg* Amplificatio a tempore. Pietatis praemia utramque quae quaeruntur. |

LIN I. EPIST. D. PAVLI

[p.99]

385 qui parum mouentur spiritualibus quae non percipiunt: simul ut omnes intelligerent, se quicquid habent boni, id a Dei bonitate accipere, ac propterea semper illi debere gratias agere, et in solo Deo spem ac fidem omnem collocare. Ex his itaque manifestum est, cur potius danda opera pietati quam corporali exercitationi, et cur, quae non sunt coniuncta pietati, reicienda sint tanquam profanae et aniles fabulae.

Indubitatus sermo, dignusque qui omnibus modis approbetur. Nam in hoc et laboramus et probris afficimur, quod spem fixam habemus in Deo uiuente, qui est seruator omnium hominum, maxime fidelium. Praeceptum hac et doce.

390 Confirmatio quod ita res se habeat de uera pietate, ut dictum est. Alibi quoque saepe utitur hac confirmationis forma Sunt enim uerba ad confirmandum valde idonea. Sic enim et initio tertii capituli, Indubitatus sermo, etc.

Nam in hoc et laboramus et probris afficimur.) Ratio confirmationis a signo. Quasi dicitur: Quod etiam uera sint, quae asserimus, id uobis indicio certo esse potest, quod hac de causa laboramus et pericula ingentia adimus. Ideo autem constantes sumus
395 in tot aduersis, quod spem fixam habemus in Deo uiuente, (qui est seruator omnium hominum, quamlibet abiectorum et grauiter periclitantium in hoc mundo, dummodo tamen sua perfidia se ipsos a salute non excludant:) et certi sumus de doctrina nostra, ut nullis prorsus aduersis ab hac ueritate, quae in fide et charitate consistit, commendanda,
400 deterreri queamus aut abduci. Caeterum animat Timotheum his uerbis, ut strenue tueatur partes suae doctrinae contra falsos doctores, nullisque periculis a confessione ueritatis moueatur. Atque efficit uera pietas cognita, ut pericula non reformidemus. Vbi enim quis certus est de genere doctrinae suae facile contemnit omnes aduersariorum machinationes, et retinet spem fixam in Deo uiuente. Hinc illa occurrunt, quae animos in certa spe
405 confirmant: » Matth.5 Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Et, Beati cum probra iecerint in uos homines, et insectati fuerint, et dixerint omne malum uerbum aduersus uos, mentientes propter me.1. Petri 4. Si Christianus affligitur aliquis, ne pudeat, immo glorificet Deum in parte hac. Rom.5. Gloriamur super afflictionibus, scientes quod afflictio patientiam pariat, patientia uero probationem, probatio autem spem,
410 spes non pudefacit. Vocat Deum uiuentem, quia autor est uitae, tunc etiam uitam nobis datur, cum in mundo uidemur mori. Quoniam uero Deus uiuens est, et ipse uiuificans, debet spes nostra magis erigi, et fixior semper fieri.

Qui est seruator omnium hominum, maxime fidelium) Deus seruat omnes homines, qui propter veritatem laborant vel probri afficiuntur, quique in fide permanent. Si qui salutem per eum non assequantur, id accidit, quia seipsos sua malitia et peccatis a salute
 415 excludunt. Porro in solo Deo omnem spem salutis suae defigant, eundem per ueram pietatem colentes: caetera autem omnia quae adferuntur ceu ad salutem parandam conuenientia aut necessaria, si ad ueram pietatem non pertinent, ceu aniles fabulae et profanae reiiciant.

420 Praecepta haec et doce.) Breuis conclusio ad praecedentia, de uitandis doctrinis daemoniorum et amplectenda sana doctrina de uera pietate. Sunt uero haec omnia sic accipienda ab ecclesiarum ministris, quasi ad ipsos proprie dicta, omnibusque; incumbit hoc pacto inuigilare gregi dominico, ne doctrinae daemoniorum siue aniles fabulae locum in pectoribus simplicium habeant.

Nemo tuam iuuentutem despiciat, sed esto forma fidelium in sermone, in dilectione, in spiritu, in fide, in puritate.

425 Sequunt uariae et breues paraeneses, in primis episcopis et omnibus quoque ecclesiarum ministris mire salubres. Cum autem summopere cauendum sit episcopo, ne quid in ipso deformet muneris sui dignitatem: primo loco admonet Apostolus Timoth, ut sic se gerat in ecclesia, ne iuuentus ipsius despici queat. Mali homines in ministris ecclesiarum quiduis norunt reprehendere, et uitio plerumque uertunt, quod reuera uitio nequaquam esset
 430 uertendum Et in magnis uiris, iisque qui in publico uersant, uel minutissima errata statim no tant, ut Plutarchus in politicis docuit. Vnde Scipioni obiecta est Somnolentia: Alcibi ad optimo principi ascripserunt luxum: Cneo Pompeio, quoniam digito caputscalpe

mg Ratio confirmationis a figno. | mg Doctrinae certitudo spem et fide in aduersis corroborat | mg A Deo pen det salus noestra. | mg Nostro ipse rum uitio fit ut indigni fiamus salut te et gratia csse |

AD TIMOTHEVM CAP. II

Iet: cum aliud non posset clarissimis uiris obiici. Sic uero in Timotheo si quid reprehenditur potuisset, quem tamen non dubiu uixisse inculpatissime, id fortassis erat iuuentus.
 435 Itaque Apostolus cupiens prorsus nihil in eo posse culpae: et quia fortassis nonnulli ipsum quoque Paulum notassent quasi parum prouidum, qui tam iuuenem uirum tantae ecclesiae, Ephesiorum nempe praefecisset: monet eum ita uitam omnem instituisse, ut aetas ipsa dignitati eius nihil detraheret. Videri possit et occupatio huic loco subesse. Verosimile est Timotheum quasi inuitum subiuisse tantum munus, sicut tunc omnes
 440 potius refugiebant, ab eo munere quae ambiebant: maxime autem hac ratione uoluisse se excusare, quod esset iuuenis. Sed Paulus reiicit hanc excusationem, dicens: Ita uersate, ut nemo occasione habeat despiciendi tuam aetatem quod quispiam caussari uellet diminutum esse in aetate, id compensato probis moribus et senili grauitate: Esto forma fidelium in sermone, in conuersatione, etc. atque hoc pacto fiet, ut nemo iuste aetatem
 445 tuam sit contempturus. Caeterum iuuentutis nomine, ut Varoni placet, intelligi conuenit uitae spatium ab anno tricesimo, ad quadragesimum quintum: dictaque; iuuentus, quae ea

[p.100]

aetate rempublicam militari opera possent iuuare. Hippocrates iuuentu. tem numerauit
 ab anno duodetricesimo ad tricesimum quintum. Itaque apparet limotheum florida aetate
 vixdum quadragesimum attigisse annum, quando ecclesiae Ephesinae praefuit. Proinde
 450 ea aetas nequaquam est contemnenda. Tametsi enim senectus ob multarum rerum
 experientiam utilis esse iudicetur ad gubernandum vel respublicas vel ecclesias: tamen,
 quia eam plerunque circumueniunt multa incommoda, iuuentus euam est ad magnarum
 rerum tractationem admittenda, maxime si studium, proba indoles, vitae integritas eam
 commendent. Extant autem exempla abunde multa, quae testantur de hominum ingeniis
 455 aliter, atque de vno, quod aetas solet potissimum commendare, iudicandum. Leguntur
 iuuenes quidam praeclaras et vtilis res gessisse, aetate ipsa nihil eos impediante. Sicut
 contra senes quidam imprudenter et improuide multa gesserunt, annorum numero nihilo
 facti meliores. Dona Dei non concluduntur annorum vel dierum spatiis. Deus enim
 linguas infantium facit disertas. Daniel. 1. de tribus illis pueris, Anania, Azaria, Mizaele,
 460 dicitur, quod omne verbum sapientiae et intellectus, quod sciscitatus est ab eis rex
 Nabuchodonosor, inuenit in eis decuplum su per cunctos ariolos et magos. Et ipse
 Daniel tenera aetate Spiritu sancto afflatus, seniores impios et impuros mira prudentia
 conuicit et damnauit i. Samuelis 3. Samueli natu inferiori apparet Dominus, et arguere
 iubet summum sacerdotem Heli nonagenarium. Hierem. I. Hieremias audit a Dño: Noli
 465 dicere, quia puer ego sum: ad omnia quae mittam te ibis. Tobus 1. De Tobia legitur, cum
 esset iunior omnibus in tribu Naphthalim, nihil tamen puerile gessit in opere. Ioannes
 Baptista admodum adhuc iuuenis docebat et praedicabat poenitentiam et baptizabat.
 Christus tricesimo aetatis anno docendi munus est aggressus. Sed et in reipublicae
 administratione Solomon aetatis anno 12. mulierum pro paruulis quaestionem dissoluit.
 470 Iosias quoque octo annorum aras idolorum subuertit, lucos ac templa excidit, sacerdotes
 idolorum iussit interfici. Et sapient. 9. scriptum est, senectus venerabilis est, non
 diuturna neque annorum numero computata: Cani sunt autem sensus hominis, et aetas
 senectutis vsta immaculata. Sed si vulgato quoque prouerbio dicitur, quod saepe etiam
 est olitor valde oportuna locutus, quid ni vir iuuenis bene instilitus a teneris, cum
 475 probis et bonis versatus possit multa vtiliter et cum laude perficere? Haec placuit
 ideo diligentius commemorare, non quod villo pacto senilis aetas sit minoris pendenda,
 quae etiam gentibus semper magno habita est in precio, vt natura ipsa docuit: vnde
 Ouidius: Magna fuit quondam capiti reuerentia cano: Sed vt adolescentiam quoque ad
 bene de se sperandum animarem, adderemque uelut calcar ad gnauiter decurrendum in
 480 puscherimo studiorum et uirtutum stadio, neque diffidant, se ubi profecerint, etiam ad
 rerum magnarum administrationem prouehendos. Iam uero quibus rationibus iuuenilis
 aetas reddi queat omnibus uenerabilis, apta enumeratione congerie ostenditur.

Sed esto forma fidelium.) En qua ratione possit efficere, ut iuuentus non contemneret,
 quasi dicat: Hoc pacto consequeris, ut nemo iuuentutem tuam sit contempturus: si uelut
 485 exemplar quoddam temetipsum in omnibus pponas. Oportet namque episcopum uelut

mg vaecag rinī de die natai. | *mg* Afnut | *mg* Phcue | *mg* EPaa I4 | *mg* Quomodo iuuentus fiat honorabilius. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.101]

speculum esse, in quod omnes intueant, ibique perspiciant, quae ipsos deceant uel dede-
 ceant Plerunque ad superiorum uitam solent inferiores suam quoque formare et fingere.
 Ques pastores suos sequuntur. 1.Petri5.Pascite, qui in uobis est, gregem Christi, curam
 illius agen tes non coacte, sed uolentes, non turpiter affectantes lucrum, sed propenso
 490 animo, neq ceu dominium exercentes aduersus cleros, sed sic, ut sitis exemplaria gregis.
 Debens autem episcopus forma fieri fidelium, et non tantum fidelium, sed etiam ut
 insideles eius exemplo ad pietatem amplectendam commoueantur.

In sermone.) id est in sana doctrina, ut purem et sincere sermonem siue uerbum Dei
 administret. Vel potius, in sermone, id est, in omnibus uerbis, in colloquiis, ne fucate
 495 cum ullis agat, ne mentiatur, ne rustice aut nimis dure homines alloquatur. Iacobus 3. Si
 quis in sermone non labitur, hic perfectus estuir. Coloss.4. Sermo uester semper cum
 gra, tia sit sale conditus, ut sciatis, quomodo oporteat uos unicuique respondere.

In conuersatione.) id est, uita et externis moribus, que decet esse sanctam, sobriam,
 modestam, quietam: in summa, omni ex parte irreprehensibilem, tam domi quam foris.
 500 Et certe doctrina eorum siue uerba non magni fient, quord uita deprehenditur improba.
 Christus Matt.s.uo cabat apostolos lucem mundi, sed hoc addidit: Sic luceat lux uestra
 coram hominibus, , ut uideant opera uestra bona, et glorificent patrem uestrum qui est in
 coelis.

In dilectione.) neminem aspernetur, omnes ex aequo in Christo, et propter Christum
 505 diligit, eaque praestet ofneia charstatis erga pauperes, erga quoscumque , ut omnes intel-
 ligere possint, eius mentem spiritu charitatis abunde infructam. Christum in diligendo
 referat, qui paratus fuit etiam animam pro grege ponere.

In spiritu) declaret se spiritu Dei agi, non humanis affectibus: reluceat in eo spiritus
 prudentiae, timoris, intellectus, fortitudinis, etc.

Infide.) Constantem em̄ in hac esse decet, neque vnquam deficere, etiansi grauissima
 510 pericula immineant. Debent quidem omnes fide pollere: Sed episcopi debent omnibus
 quasi praeire. In puritaie.) Vita debet esse pura, casta, illibata, candida, simplex: Graece
 est, μάγνέα, quae epitasis quaedam est omnis temperantiae et continentiae: ideoque
 apte postremo loco ceu concludere uolens eam posuit. Ex his colligitur, quod, qui
 515 autoritatem suam integram con stare uolunt apud plebem, suumque munus aut etiam
 personam suam nequaquam uulgo contenni, neque uel potestatem, vel aliam conditionem
 in ipsis damnari: eos istud consecuturos, si ita se gerant, uti Apostolus h̄e praescribit: si
 forma sint fidelium in sermone: Haud dubiem omnes eos summo in honore sunt habituri.
 520 His moribus fuit Ambrosius, qui Theodosium imperatorem arguendo inducere potuit ad
 publicam poenitentiam. Sin aurem secus se gerant, sibi potius imputent, quam populi
 malignitati, quod paruipendantur.

Donec venero, aitende lectioni, exhortationi, doctrinae.

Non dubium quin Timotheus homo adhuc iuuenis licet probe exercitatus, tamen aliquando
 in perplexis causis quae ad eum per credentes de religione perferebantur, uti solet sieri,
 angeretur ac uehementer optaret Paulum praeceptorem suum videre praesentem, vt ab
 525 eo plenius de omnibus doceretur. Et Paulus eam ob caussam habuit in votis Ephesum
 aliquando redire, sicut in fine tertii capitis huius epistolae indicauit. Nunc uero iubet

Timotheum interea temporis totum intentum esse literarum sacrarum lectioni, e quibus
 perinde discere queat omnia scitu necessaria, imo et plenius et certius, atque a quocunque
 praeceptore., Attende inquit, lectioni: Graece προσέχεπ ητ υαγνώσει. προσέγς, id
 530 est, totus sis addictus, toto animo adhaereas: id em significat προσέγς. Et νάγνωσις
 non simpliciter lectionem significat, sed diligentem, cum recognitione et examinatione
 ac iudicio. Vult ergo Timotheum non oscitanter legere aut otiose obiterque, aut tantum
 succisiuis horis, qd' nonnulli putant satis: sed reuera desiderat omni tempore intentum,
 535 et quidem accurate legentem. Porro si ita Apostolus praecipit Timotheo, quem tamen
 iam paulo ante dixit enutritum fuisse in recta doctrina, et a teneris institutum in sacris
 literis: quid nobis faciendum? quid qbusdam aliis, qui dum Timothei esse volunt
 muneris dignitate, tamen eruditione vix vmbra Timothei referunt? Sed ideo commendat
 Apostolus tanto viro lectionem scripturarum, quia ea non solùm auertit animum a multis
 540 malis, uerumetiam confert homini quicquid ad omnem pietatem est scitu necessarium.
 Si hominem consulas vel angelique, possunt ii falls et fallere:

mg Episcopo est speculum et exemplo gregis Chri stian. | *mg* Conterfauie Episcopi quais esse debeat. |
mg Dilectio. | *mg* Iohanu | *mg* Spiritus Dei affectibus carnis reluctatur. tas ex fide e spiritu pro feiscitur.
 | *mg* Puet constat tasonper ad salut.m necessgria. vitae puri | *mg* Saioura fe cra fidus ma gister et do ctor
 impert torum. πρησέαο qud. αναγωος est exquisit. sectio et recognitio. Iohan.5. Scrutamint scripturas. A
 maiore. vsus lectionis feripturum multplex | *mg* |

AD TIMOTHEVM CAP. IIII.

[p.102]

si adis simplex uerbum Dei, id clare et citra dolum aperit tibi omne ueritate. Vnde eit hic
 egregia et laus Scripturarum, et exhortatio ad earum tractationem et obiurgatio nostrae
 segnitiei proposita. Addit:

Exhortationi et doctrinae.) Adiuncta haec lectioni esse debent, uel potius est causa
 545 finalis siue usus lectionis. Exigua res est, si episcopus multa legat intra domesticos
 parietes, si ipse solus legat et intelligat multa: sed debet in hunc usum legere, ut lectione
 adiuueñ ad suum munus dexterius obeundum, ut etiam caeteri fructum aliquem ex
 lectione eius capiant. Capiunt autem fructum, si diligenter exhortet et doceat. Hec sunt
 550 duo precipua officia episcopi, ad haec duo debent studia eius omnia tendere, nisi haec
 itidem faciat, grauis ei poeha a Deo imminet infligenda. Exhortatione opus est tum
 iis, qui deiectione sunt animo, intuentes in peccatorum suorum magnitudinem, neq ad
 fidendum in misericordia Dei satis sunt erecti: tum iis, qui tardius ad bene agendum
 progrediuntur, uel etiam a recte exorbitant: itaut exhortationis nomine intelligi conueniat,
 et consolationem, et ad monitionem, et increpationem, et obsecrationem, et omnia
 555 illa in quibus suadere uel dissua dere conuenit. Doctrina autem tunc adhibenda, cum,
 qui de ueritate dubitant, uel non satis eintelligunt, sunt plenius instruendi. Qui igit
 exhortando ac docendo cessator est, grauiter hic reprehenditur. Qui non possunt ista
 efficere, frustra ornantur inani titulo ministro, rum ecclesiarum: qui uero possunt, et non
 faciunt, omnium peccant grauissime. Neque uerosim le est eos fore suo gregiformam
 560 siue exemplar bene uiuendo, qui formam proponere nor dignantur saltem exhortando
 uel docendo. Animaduertant denique hoc loco omnes, quibus eccle siarum cura est

demandata, quod praecipuē ab iis requiraf, nempe iugis lectio sacrarum literaru sine qua nec exhortari, nec docere poterunt in summa, nihil recte in officio suo facere

Ne neglexeris quod in te est donum, quod datum est tibi per prophetiam, cum impositione manuum, auctoritate sacerdotii.

Argumentis aliquot Timotheum hortatur ad diligentiam, vt omni conatu studeant suo muneris satisfacere. Primum argumentum est a ratione officii.

565 Ne neglexeris quod in te est donum.) Donum nimirum vocat publicum illud et sublime munus episcopi. Debet autem vnumquemque monere ad diligentiam muneris sui ratio. Miles es: strenuus igitur sis in militia. Senator es, consule igit, quantum in te est, rebus politicis. Sic episcopus es, prospice igitur ecclesiae. Et saepe occurrunt huiusmodi
570 argumenta a vocatione, a dignitate ministerii. Caeterum quoniam ad episcopatum non prouehitur, neque rite obibit id munus, nisi qui illustratus fuerit spiritu prophetiae, quae est facultas enarrandi scripturas: deinde nisi imponantur ei manus, id est, publice et legitime uocetur ordineturque: ideo adiecit.

Quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum.) Ita vt hic duo itidem
575 subsint argumenta: alterum a dono prophetiae, quo ostenditur eum esse idoneum ad id praestandum: alterum a publica ordinatione, quo ostenditur, ei legitime commissum id munus, atque ideo iusta auctoritate posse ac debere id explere. De propheta semel dictum est. Quod ad impositionem manuum attinet, sciendum impositionem manuum ex vetustissimo Hebraeorum instituto recepta fuisse obseruatamque Apostolorum tempo-
580 ribus, ad testandum exterius, quod talis, cui imponebatur manus, iudicaretur aptus ad publicam functionem, sicque Deo ipsi commendabatur, et tacita interdum uota pro eo fiebant. Sic legimus Actor. 6. multitudinem congregatam elegisse uos sapientia et Spiritu S. plenos ad diaconatum, eisq; imposuisse manus. Et Genes. 48 Iacob imponit manus duobus filiis Ioseph, et bene illis precatur. Et Leuit. 1. manus ponitur super caput hostiae immolandae.
585 Christus pari instituto manus imponit paruulis Idem de credentibus dicebat, et super aegros manus imponent et bene habebunt. Fiebat autem haec impositio manuum, in electione episcopi uel diaconi, ad approbandam personam multitudini, per seniores, penes quos erat haec auctoritas. Vnde hic adiectum est, cum impositione manuum auctoritate sacerdotii: vel, ut graece significantius dicitur et dilucidius, uerbo *πιδεσεως τῶ γορ ν*
590 *τρορισθυτερίς. πρεσθυτερων* significat ipsam seniorum congregationem. Et conueniebat plurimum consensu accedente, eum, qui eligebatur, idoneum hoc externo signo comendamineo facile cuiqua hoc pacto imponebat manus, nisi cuius fide syncema,

mg 4 e8pgaiis verbum Dei caret fuce, uno est ueritas ipsa Iobana 7. Psal. 119. causa finalis et usus lectionis sacra rum scripturaeum. Officium Episcopi in exhortatione et doctrina uerjatur. Exhortatione quando, utendum. Doctrina quando adhibenda. A minoribus. | *mg* 1. Argumentum hortato, num, a ratione officii. Donum hoc loco munus significat et pisepti. | *mg* 2. Argumentum a dono prophetiae. 3. Argumentum a publica ordinatione siue legitima uocacione. ampositio. manuum. Marcio. Luc. 18. Mattheus 19. Axcite. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.103]

temque haberent, pbe exploratam:ideoque Paulus cap. sequenti: Manus ne cito cui imponas

595 Caeterùm si vllas huiusmodi ceremonias conuenit in electione ministrorum in ecclesia obseruare: quanto satius esset saltem hac simplicissima forma et ceremonia esse nos contentos, quam tot superuacanea et propemodum ridicula, neque intellecta a populo accersere? Proinde quicumque in publico ecclesiae ministerio sunt constituti, cogitent se quoque per haec argumenta ad diligentiam admoneri, videlicet per officii ipsius rationem, 600 per de num prophetiae et per publicam suam ordinationem.

Haec exerce, in his esto, vt tuus profectus manifestus sit in omnibus Attende tibi ipsi et doctrinae persiste in his. Nam id si feceris, teipsum seruabis, et eos qui te audierint.

Conclusio huius capituli, quo demonstratu est, quomodo se geret episcopus in ges nere erga omnes.

Hec exerce, in his esto. Appositissimis verbis eum vrget, vt in his quae iam dixit, praesertim de gerendo se pro exemplari probitatis, et de legendo, exhortando, docendoque 605 totus sit occupatus. Prius diximus quid sit proprie exercere se in aliqua re, nimirum se tontum alicui rei dedere, et assiduo ei intendere. Graece est, $\rho\alpha\ \tau\alpha\mu\epsilon\lambda\acute{\epsilon}\tau\alpha$, a verbo $\mu\epsilon\lambda\epsilon\tau\acute{\alpha}\omega$, exerceo, excogito, meditor, vt plane deceat episcopum toto animo his rebus esse iugiter intentum, (Vt tuus profectus manifestus sit in omnibus.) Extimulat eum argumento a causa finali, quae oritur ex charitate, per quam debemus omnia facere 610 ad aedificationem proximorum: quod maxime pertinet ad eos, qui, vt Christus aiebat ad discipulos suos, sunt lux mundi, et. lucere debet eorum lux, vt homines videant opera eorum bona, prouocenturque ad vitae emendationem. Ideo Matth.5. Candela iubetur poni super candelabrum, ut luceat omnibus qui sunt in domo. Ac vide quomodo vocet profectum in virtutibus, et profectum ipsius, (Vt tuus, inquit, profectus. Vberrimus autem est profectus qui in spiritualibus bonis acquiratur: Ita namque et capite sexto huius epistolae pietas vocat magnus quaestus ac lucrum, quouis lucro rerum terrenarum incomparabiliter praestantior: similiter uae $\phi\alpha\tau\iota\kappa\ \varsigma$ addidit, in omnibus.

Attende tibi ipsi et doctrinae.) id est, da operam, vt et vitae probitatem et doctrinam senpoffet iuseri per retineas, neque patiaris harum duarum rerum quicquam in te 620 desiderari. Annectit rationem ab vtili.

Nam id si feceris. I. pariter recte viuis et recte doces, teipsum seruabis, et eos qui te auannulo. dierint.) Conduplicatum bonum sequitur, quando et personae ipsius, et personae aliorum, diligentia illa erit salutaris. Neque enim tam suae propriae saluti inuigilare debent episcopi, quam saluti omnium pariter subditorum. Recte viuendo ac 625 docendo, conscientiae suae in primis satisfaciunt, eamque probant Deo: deinde alios ad doctrinam suam amplectendam ac mores insequendos erigunt. Hebr.13. de episcopis dicit, quod inuigilant pro animabus vestris tanquam rationem reddituri. Iacobus 5. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viae suae, saluam faciet animam a morte. Daniel.12. Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae fulgebunt in seculum et in aeternum.

CAPVT V

Seniorem ne sauius obiurges, sed adhortare vt patrem, iuniores vt fratres, mulieres natu grandiores vt matres, iuniores vt sorores, cum omni castitate.

NVNC quomodo episcopus aget cum cuiuscunque sortis hominibus. Ac primum qua ratione cuiuscunque aetatis vel sexus homines adhortabitur. Certum autem est non Timothei tantum causa hanc scriptam epistolam, qui haud dubie satis nouit et vidit in ipso Paulo, quomodo humaniter et ciuilitate, sed praeterea quomodo excellenti quadam
 5 modestia Christiana cum omnibus foret transigendum: Sed multo magis propter alios, qui pari munere in ecclesiis essent functuri. Neque enim omnes sunt tam politici eaque ingenii dexteritate et candore praediti, vt videre possint, quid ipsis decorum sit vel indecorum. Itaque Apostolus, quoniam iam iam dixit, quod episcopo incumbit exhortari, ac docere incipit praescribere, quomodo cum decoro id faciet.

mg Conclusio huius partis, qua ostensum est, quomodo seget episcopus in genere ergo omnes. Causa finalis ex charitate. Matth.5. | *mg* ππεσσσις posset inseri in tanquam symbolum in annulo. | *mg* Quomodo se gerat episcopus erga omnes conditionis homines |

AD TIMOTHEVM CAP.

[p.104]

10 Seniore, inquit, ne sauius obiurges, sed adhortare vt patrem.) In consideratione aetatis et sexus primo loco posuit seniore virum. Ac recte noluit huiusmodi hominem sauius obiurgare non solum quia parum decuisset, quod Timotheus homo iuuenis asperius increpasset aliquem natu grandem: verum quia in genere conuenit episcopum in reprehendis seu corrigendis vitiis summa vti modestia et mansuetudine. Praeterea
 15 quia id quoque exigit hominum, qui errarint, ingenium, quorum maior pars duci potius vult quam cogi. Igitur seniore, inquit, ne lauius obiurges: Graece est πραυθυτεσω χη πιπλητης. πρεθυτορεt hic proprie de aetate intelligi conuenit, non de officio vel publico ministerio, id quod liquet, tum ex eo, quod mox adiicit per Antithesin de iunioribus: tum ex eo, quod, postquam de viduis egit, subiicit de presbyteris ecclesiarum
 20 ministris. Ετεπλκσιω significat castigo, obiurgo quodammodo et verbere addito: ut Metaphora subesse uideatur: quomodo etiam uerba linguae interdum metaphoricis usurpant pro saeua maledicentia. Nullo pacto igitur in eos, qui aetate sunt maiores, utendum asperiore reprehensione: sed admonendi sunt ut patres: id est, affectus exprimens est uerae minimeque fucarae charitatis: atque eodem pacto agendum est cum illis,
 25 ut filius quispiam acturus est cum suo patre. Natura autem iubet filios cum parentibus agere modestissime semperque honorem quendam deferre, etiamsi contingat filios ad amplissimos honores euectos, parentibus obscuris permanentibus Itaque uolens Apostolus demonstrare, quomodo episcopus integerrimo affectu reprehendet siue adhortabitur cuiuscunque ordinis homines, proponit similitudines ab affectibus naturalibus: Id quod
 30 etiam uidere est in sequentibus uerbis: Iuniores vt fratres, mulieres nata grandiores vt matres, iuniores vt sorores: Ne quis putet cul adulatoria arte per λατέχρησιu huiusmodi-

iurendum blandis appellationibus. Caterum quia beneuolentia iuuenis uiri praesertim episcopi, erga uirgines uel iuniores mulierculas facile posset degenerare, aut reuera in turpem et impudicam beneuolentiam, aut saltem in impudicitiae suspicionem: Ideo prudenter attexit Apostolus circumstantiam cum omni casti tate: ut nimirum intelligat episcopus, cui cum iunioribus delinquentibus mulierculis perinde negotium esse debet, atque cum senioribus, sibi maximopere cauendum esse ne quid cum his committat, unde uel sinistram suspicionem incurret. Rom.12. Parare debemus honesta in conspectu omnium hominum. Etiam tuta plerunque sunt suspecta. Tametsi nonnulli, quoniam Graece habetur, *πάση αγνεία*, atque *αγνεα* sonat nobis puritatem, candorem, simplicitatem, summamque; sobrietatem ac temperantiam, posteriora ista uerba ad omnia praecedentia referri malunt: quandoquidem et cum senibus, et cum iuuenibus, tam uiris quam foeminis, pari modestia agi par est, neque apud ullos licet saeuitiam, aut odium, aut blanditias ulla nota ostendere. Proinde his omnibus id demum sibi uult Apostolus, quod ministri ecclesiarum in exhortando siue corrigendo, debent ob omni uel specie saeuitiae, inuidiae odii auaritiae, arrogantiae incontinentiae, abesse quam longissime: Sed potius summam charitatem, eamque minime fucata, et prudentiam spiritus ubique ostendent. Amari magis uelint a suis, quam timeri: et, cum medici animorum sint, curare et sanare debent, non exulcerare aut inficere. Potestas enim datur a Domino non in destructionem, sed in aedificationem, ut dicitur 2. Corinth. 10. Et seruus Dominus ad Timoth.2. non oportet pugnare, sed placidum esse erga omnes, propensum ad docendum, tolerantem malos cum mansuetudine. Quanquam dum ita agendum est cum iis, qui per ignorantiam imprudentiamue lapsi sunt, et in quibus signa apparentitiae melioris seu resipiscentiae: tamen qui relabunt, maxime si accedat malitia, et tanquam, (ut 2.Pet.2.dicif.) canes ad uomitum, et sues reuersae ad uolutabrum, iram Domini in se prouocant, et uident aegre blandis monitis reducendi in uiam rectiorem, tales, inque, conuenit asperic re obiurgatione urgeri. Vulneribus eorum post frustra adhibitum oleum infundendum est unguentum, addendus Sal, qui punget, imo tandem ferrum cadens, ne uicinae carnes putrefiant, te tumque corpus paulatim inficiat. Certe enim qui piis monitionibus prouocati contemnunt redire ad frugem, uel ad aliorum tunc timorem, tunc consolationem autoritate diuini uel ubi, quod est gladius ecclesiae, sunt coercendi, et si expedit, ab ecclesiae corpore resecandi, ne pericula sua et pericula uniuersum corpus morbidum reddant. Sic uero Christus ipse

mg Actais bā bēdaest rā de | *mg* Valerius de honoranda senectute li. 2.cap.1. Ab affau naturdli. | *mg* CRuxcae scopi. | *mg* Quomodo episcopus se geret erga reprobos et malitiose Deum prouocantes. Metaphora a medicis de riuata Rebus desperatis utendum est amputatione membrorum putridorum. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

magno ardore obiurgauit prae fractos et tumidos Scribas et Pharisaeos, uo cans eos pro geniū uiperarum, filios diaboli, etc. Alibi Petro dicitur: Vade post me Satana. Nam placide leniterque agere cum inferioribus, ubi opus est acrimonia, non doctoris sed seductoris et corruptoris est. Sic Apostolus quoque ad Galat, cap.3.uocat *α οήτος*, stultos, amentes: in qua Epistola multa magno affectu et aspere pronuntiata occurrunt. Et

[p.105]

i. Corinth.4. Quid uultis, inquit, cum uirga ueniam ad uos, an cum Charitate et spiritalitatis? Sed interim circumspectum utique decet et prudenter discernere, ubi, et quando, et apud quos quid deceat.

Viduas honora quae vere viduae sunt. Quod si qua vidua liberos aut nepotes habet, discant primùm propriam domum pie tractare, et vicem rependere maioribus. Hoc enim est honestum et accoptum coram Deo.

Praecipit, quomodo episcopus aget cum uiduis mulierculis. Inde uero praeceptio haec nata, quod in primitiua ecclesia, pauperes, uiduae praesertim, quae et aetate fractae, et fortassis Euangelii caussa uiris et facultatibus spoliatae, ex ecclesiarum facultatibus quas pii ditiores conferebant, frugaliter alebantur, cuius instituti rationem uero simile est iudaeis, quorum lex uetuit mendicitatem, etiam antea obseruatam. Quoniam uero nonnihil molestiarum habebat ea facultatum ecclesiasticarum dispem satio, prudenterque uidendum erat per episcopum, qualibus eleemosyna distribueretur: neque ita dandum erat citra delectum quibusuis, ut tenues ecclesiae facultates tandem non sufficerent alendis uere egentibus: ideo paulo exactius de uiduis hic disserit, docens: quales nam uiduae forent ad eleemosynarum partem admittendae, et quales rursus excludendae. Sic autem primo ait in genere.

Viduas honora, quae vere viduae sunt.) Vides rectissime adiectam particulam, quae uere uiduae sunt, ad discrimen illarum, quae quidem nomine et honore uiduae uidentur, at sic interim agunt in luxu et uoluptatibus, ut nulla coniugata magis. Has siquidem non decet inter uiduas numerare. Eas autem, quae vere viduae sunt (quae quomodo agnosci possit, mox describetur) iubet non statim admittendas ad eleemosynarum participationem: sed generaliter dicit honore afficiendas, id est, omni beneuolentiae affectu prosequendas, et, si opus fuerit, consilio, intercessione, etiam auxilio omniadiuuandas. Sic namque uocabulum honoris saepe accipitur, ut in praecepto illo: Honora patrem et matrem: sic namque Christus ipse Matth.15. uisum uocis illius explicat. Porro ut constaret, quales nam uiduae etiam ex his, quarum vita esset probitate spectabilis, forent ecclesiae facultatibus adiuuandae, disertis uerbis, ex ratione circumstantiarum causam hanc expendit.

Quod si qua vidua liberos aut nepotes habet, discant primùm propriam domum pie tractare, et vicem rependere maioribus.) Ratione numeri variati, (nam et in Graecis ita quoque sonant uerba) diuerse exponunt hunc locum: Μαυθανετωσαν, id est, discant, quidam ad uiduam retulerunt, alii ad liberos seu nepotes. Ambrosius ita maluit reddere. Si qua autem vidua filios vel nepotes habet, discat primum domum suam pie tractare. Ex qua uersione haec sequitur sententia: Si qua est vidua, cui sunt liberi vel etiam nepotes, ea nequaquam ob id putet sibi otiaandum, ac deinceps uiuendum eleemosyna ecclesiae, quasi quae aetate exacta sese satis honeste gesserit: imo adhuc ea se occupabit in administratione domus, eo more quo ante egit, eamque ad honorem Dei pie instituet: et vicem rependet maioribus, eandem curam gerens promouendis suis liberis et nepotibus, quam maiores ipsius impenderunt in ipsa promouenda. Reuera enim quantum ei benefecerunt maiores, qui ipsam benigne et honeste semper instituerunt: tantum debet ipsa et suis, eadem praestando piae institutionis officia: ac nisi istud faciat, ingrata quodammodo erga suos maiores existit, neque agnoscit, quam multa bona a suis maioribus acceperit, dum suis liberis paria non rependit. Atque hac ratione (si ad uiduas refertur) intelligitur,

110 quomodo ζοργαυ φυσηκσῆ semper debe

mg Mattbus 3. Ioann.8. Math. 10 | mg Pradentiae piscopi. | mg Manota uerari uiduarum el Fse- | mg Exod E |

AD TIMOTHEVM CAP. V.

[p.106]

ant per familias propagars, neque unquam possint affectus parentum erga filios sopiri aut intermitti. lam hic subinrelligitur, has viduas, quae sic se gerunt erga liberos aus nepotes, merito apud hos victum fabituras, proindeque ecclessae eleemosynis nequaquam alendas. Alii retulerunt verbum μ.α.υ.λ.α.ν.έ.τ.ο.σ.α.υ., id est, discant, ad liberos seu nepotes, id quod
115 facit Theophylactus: vt sit sententia: liberis illis seu nepotibus viduae dan dam operam, ut pie sancteque familiam suam instituunt, id quod ex ipsa uidua discere possint: interea autem merito viduam ipsam alant, quae in docendo administrationem familiae ipsis prodest, et cui tenentur vices rependere. Ac subest argumentum a lure naturae, Rependant vicem maioribus. In natura enim positum est, et leges etiam latae sunt a sapientibus,
120 vt liberi alant senes parentes. Si enim ciconiae tale pra bent nobis exemplum (vnde illud α.τ.ι.π.ε.λ.α.ρ.γ.ο.ν., quod alias quoque dicitur γ.υ.ο.β.ο.τ.κ.ο.ι.ο turpissimum fuerit, si nos eandem pietatem homines hominibus non praeste. mus. Et lex erat, vt liberi parentes alerent aut vincirentur: qui in calamitate parentes descrerent, insepulti abiicerent. Homerus de quodam Iliad.4. pronunciauit, eun ideo diuinitus e vita sublatum esse ante
125 tempus, quod nutricationem denegasset. Ideoque in scripturis senes vocant filios baculos suae senectutis, vt habetur Tobiae 5. propterea quod sperent se in grauida aetate per filios tanquam baculos sustentandos. A quomodocunq accipiantur verba Pauli, et quamcunq interpretationem velis sequi, adiecta est duplex ratio Suasoria, cur ita facere seu viduas, seu liberos conueniar.

130 Hoc enim est honestum et acseptam coram Deo.) Ab honesto et a voluntate Dei. Honestum est id coram mundo, praeterea gratum ipsi Deorac proinde nullo modo debent viquae officia illa negligere in liberos seu nepores, neque libri in ipsas viduas. Proinde ex his Pauli verbis perspicuum fit, huiusmodi viduas, quae liberis suis seu nepotibus vsui esse possunt in administranda familia, vel quarum liberi seu nepotes iam ipsi familias
135 instituerint, merito ab his alendas, neque ecclesiam earum cura grauandam. leaq iure de lectum habendum eorum, quibus impendetur publica eleemosyna, nec temere quibusuis dandum: tùm episcoporum interesse, prouidere, vt diaconi, qui praesunt distribuendis eleemosyais seu ministerio mensarum, in officio non sint cessatores. Praeterea pium et Deo valde acceptum opus, propriam domum pie tractare: vbi Graece habetur δ.σ.ε.θ.ω.ρ.,
140 quod pprie significat pse, religiose, adeoque in flde et timore Dei instituere. Neque enim satis est, si curetur sedulo, ne quid decedat in re familiari, sed multo ma gis opus est, imo istud primo loco requiritur, vt doceantur omnes familiares reuereri Deum, sancte agere priusquam quaestuose. Postremo pium esse et aequum, vt iuniores vicem rependant maioribus, omni honoris officio etiam victui necessar ria suppeditando.

Porro que vere vidua est ac desolata, sperat in Deo, et perseuerat in obsecrationibus ac precationibus noctu dieque . Porro quae in deliciis versatur, ea viuens mortua est Et haec praecipe, vt irreprehensibiles sint. Quod si que suis et maxime familiaribus non prouidet, sidem abnegauit, et est infideli deterior.

145 Nondum explicat, qualibus viduis ecclesia subuenire debeat: Sed quoniam dixit eas quae verem viduae essent, honorandas: ideo hic instituit descriptionem eius viduae quae pro vera vidua haberimeretur. Describit autem eam quasi a Signis: arque vt ma gis elucescat eius conditio, addit et per αὐτιθεσιμ descriptionem eius, quae falso vidua reputatur: sicitaque ait:

150 Porro quae vere vidua est ac desolata, sperat in Deo, et perseuerat.) quasi dicat: Haec sunt signa quibus discernere possis vere viduam, qualem nos diximus honorandam, ab ea, quae falsd viduam se gloriatur. Si qua est desolata: id est, mariti, liberorum, neporum, consanguineorum, denique totius mundi auxilio destituta. Ac sperat in Deo: id est, ex solo Deo vult pende re, nulli placere studet, nisi soli Deo, mundum et omnia, quae
155 mundi sunt, contemni nens t atque id quo testatum faciat, Perseuerat in elseerationibus ac precationibus no

mg luoepreugs lionis uarielus. | *mg* NtuxeA minori, siue a brutis. αππασναε | *mg* Τηροβοουο ο, Lexde alen as parenubus Liberorum officia erga parentes cost que senes | *mg* At boxesia et uoluntaleDet | *mg* Deledu dlendaerum uiduarum. | *mg* pe domuas ministrare Deo grais. num. | *mg* Vxe niue desempuo a signis. | *mg* Difermem et signauerac ac Else uiduae. | *mg* A distributione tenpo rs, | *mg* |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

ftuδιεαυς; id est: omni genere pietatis, quod ei per aetatem et facultatem licel praestare, [p.107]
omni tempore intenta est. Est ergo egregia descriptio uiduae Christianae, per quam intelligi potest, eam, quae hoc pacto id uitae genus traducit, meriton omnibus modis
160 honorandam. Sunt autem in scripturis proposita aliquot huiusmodi viduarum exempla et viuae imagines, ex quibus cognosci potest, quantum decus sit earum, quae vere viduae sunt. Iudith.8. Erat ludith eleganti aspectu nimis, cus vir suus reliquerat diuitias multas et familiam copiosam, ac possessiones armentis boum et gregibus ouium plenas: sed nihilominus praeterquam quod illa eleemosynas largiter conferebat, tamen de ea
165 scribitur, quod in superioribus domus suae fecit sis bi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur: et habens super lum bos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitae suae, praeter Sabbatha et Neomenias, et festa domus Israel. In tota historia eius mirabslis in Deum pietas, et in patriam mirus amor ostenditur. Iudic. 4. celebratur vidua relicta Lapldóth Deborah, spiritu pphetiae clara, cuius prudentia
170 Israel victoriam contra Sisaram ducem labin regis Chanaan obtinuit. Ruth. 1. Noemi et uiri et filiorum solatio destituta, quae nurum suam Ruth Moabitidem, vt patrios Deos abiuraret, illexit, et natum ex Ruth nepotulum Obed instar nutricis ac gerulae pie sancteque educaust. 1. Reg. 17. Vidua Sarephana hospitalitatem exercet, Heliam Prophetam in summa omnium rerum penuria pascere non dubitauit. Lucae 2. Hamna
175 vidua filla Phanuelis annorum fere 84. ieiuniis ac deprecationibus die ac nocte in templo

operam dabat, ac tandem Dominum vidit et confessa est, locutaque est de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Hierosolymis. Fuerunt haud dubie et sanctae viduae inter illas, de quibus Macth.27. dicitur, quod ministrabant Domino et discipulis eius de facultatibus suis. Lucae 21. commendat Dominus pauperulam viduam, quae minuta duo
180 aera misit in gazophylacium, cuius affectus pluris factus est a Deo, quam dona omnium diuscum multo amplissima. In summa, sumul ex hisce smaginibus, simul ex descriptione Pauls, cum qua haec exempla relata per omnia conueniunt, manifeste licet colligere, quatenam viduae ceu vere viduae sint honorandae: et quam sit illa vitae conditio laude digna, vbi Christianae pietatis simulachra adiuncta habent, et talia praestant, qualia
185 sanctas illas viduas praestitisse scriptura commemorat. Ac nullius tam exigua facultas, nullius tam inidonea ad benem agendum aetas, quin vel orando, vel eleemosynas, nempe aera minuta, aut calicem aquae frigidae (quem Marcus capite 9. magni facit) conferendo, vel mores iuuentutis formando uel alla quaecunque charitatis officia queat exercere. Atque his rasonibus se vere viduas potuerunt declarare. Sed adhuc clarius euadit,
190 qualem esse vere viduam deceat, si sequentem fucarae viduae descriptionem intueamur.

Porro que in deliciis versatur, ea viuens mortua est.) Vidua, cui adsunt non solum viltae neceslaria, verum ea quibus abuntatur ad delicias, talis licet marito sit destituta, ne quaquam tamen in illarum viduarum numerum est recensenda, quae vere uiduae haberi debent. Viduae verae agunt desolate: viduae fucatae agunt in deliciis, neminem
195 reuerentur, nulli parent, rem domesticam tractant negligenter, ad libertatem ac licentiam sunt intentae, otio deditae curam quarumcunque rerum a se abiiciunt. Porro quae huiusmodi est certe nequaquam venit honoranda.

Ea viuens mortua est.) Per α τιμειαθολι seu commutationem uitam elus lignificatur nihilo praestantior morte. Neque enim uere uiuit, quae carni duntaxat uiuit, non Deo.
200 Saepe etiam mors in scripturis non solum carnis obitum, sed animae interitum spiritualem damnationemque significat. Vnde mors secunda dicta est mors spiritualis siue mors animae in Apocalypsi. Et mortui dicuntur, qui mundo quidem uiuunt, caeterum quia non habent cognitionem Dei, et Deum non curant, mortuis nihilo sunt coram Deo praestantiores. Vnde Matth.octauo dicebat Christus adolescenti, sine ut mortui sepeliant
205 mortuos suos. Et usitato more loquendi etiam uulgo dicuntur uiua cadauera et uiua sepulchra, qui sie uiuunt, ut nihil agant, quo se uiuere testentur, uel a mortuis parum dis

mg Enumeratid exemplorum, 2. Iudith. | *mg* Epetori 2. Noemi | *mg* 4. Viduas rephibana 5.Hamna. | *mg* 6. Maliere Chrislo mint strantes. 7. Vidua pd percula. | *mg* Pdfe ueix descriptio. | *mg* vnuru. | *mg* amurtas 123. | *mg* Hors gininteritumsg rituaem saepe significat Apoc. 2e |

AD TIMOTHEVM CAP. V.

stant. Itaque Apostolus viduam uiuentem in deliciis comparat mortuae, nihiloque me-
liorem ducit, quam si mortua esset: quippe inutilia, et ad mortem animae ten dentia
sunt omnia, quae ipsa facit: ac proinde nequaquam instar eius, quae vere vidua est,
210 honoranda.

Et hec praecipe, vt irreprehensibiles sint.) Proplus volens ostendere, quale viduam esse deceat, exigit aciubet eas prorsus irreprehensibiles, adeoq omni ex parte inculpabiles

[p.108]

esse, ne vel aduersarii earum vitam possint calumniari. Atque ut ita se gerant, vult Apostolus per episcopum id praecipi ac iuberi, τα τα παράγγεπε.

215 Quod si quae suis et maxime familiaribus non prouidet, fidem abnegauit, et est infideli deterior. Ad at vnam hanc rationem quae iustissime ab omnibus viduis exigitur, quamque nu lo pacto a se reicere possunt: nempe vt curam gerant suorum et maxime familiarium, Id autem natura ab omnibus exigit, et nemo non intelligit iustissimum esse vt fiat. Quae autem id nolit praestare, ad quod natura ipsam compellit, certe talis merito viuens mortua
220 dicitur, quippe quae Christum abnegat, et infideli quouis deteriorem sese exhibet: cum fides non modo exigit ea, quae sunt naturae legibus praecepta: verum etiam requirat altiora quaedam ex Euangelica charitate prodeuntia. Et in infideli non extinguuntur σοργαὶ φουσιαι, quae et praeceptae sunt a Deo: quare quae illas abiicit, re cte infideli deterior iudicatur. Nomine autem fidei, dum dicitur abnegare fidem, pe Synecdochen intelligitur
225 quicquid ad fidem pertinet, nec non virtutes illae, quae ex si de oriuntur, per quas solas obtinere possunt, vt vere viduae sint et dicantur. Proinde hinc colligitur, grauissimum esse peccatum, negligere curam suae familiae, etiamsi prae texantur honestae et specietenus piae caussae: cuiusmodi sunt, quod quidam aiunt, se religionis ergo Romam adire aut Hierosolymam, vel monachos uelle fieri. Et si peccatum est suos negligere, quid dicemus
230 de iis, qui suis etiam iniuriam inferunt? Prouidenda autem familiaribus sunt, non tantum ea, quae ulctui sunt necessaria, quaeque externae uitae conducunt, sed multo magis, quae ad ueram attinent pietatem, qua ratione ante dictum est, uiduam debere domum υσεβαμ pie tractare, id est, in iis, quae pertinent ad religionem et ueram pietatem, debere instituere. Et si haec cura hoc loco exigitur etiam a uiduis quantopere incumbit
235 eadem cura ipsis patribus familiaribus Postremo euidens argumentum hic habetur, inter primas dotes probae uiduae habendum, si ipsa strenue prouideat suis siue consanguineis, siue aliis, maxime familiaribus et eius opera iure adiuuandis. Atque haec quidem de ea, quae inter probas uiduas sit habenda: Nunc qualis digna iudicetur, quae ecclesiae facultatibus alatur:

Uidua allegatur non minor annis sexaginta, quae fuerit vnus viri vxor, in operibus bonis hominum testimonio comprobata, si filios educauit, si fuit hospitalu, si sanctorum pedes lauit, si afflictus subministrauit, si in omni opere bono fuit assidua.

240 De iis, quae uel ipsae adhuc praesunt familiis, uel habent liberos aut nepotes familiam instituentes, dictum est, satisque indicatum, nequaquam opus esse, ut tales subleuentur ecclesiae facultatibus. In ea uerò, quae recensebitur in numero alendarum ab ecclesia. circumstantiae diuersae sunt considerandae. Primo debet esse uere uidua, uti paulo ante descripta est: nempe desolata, id est, destituta omni auxilio, sperans in Deo, pie
245 perseuerans in obsecrationibus ac precationibus nocte dieque. Sed praeterea, ut paucis omnia concludantur, duo adhuc sunt animaduertenda, nempe aetas et uita anteacta.

Vidua, inquit, allegatur.) Graece est καιαλεγεθα. αιιαλέγω significat deligo, conscribo, centurio, sicut milites solent conscribi et in album referri.

Ron minor annis sexaginta.) En aetas uere commiseratione et ope digna: nam iam
250 effoeta emenita, non potens ample obire aliquos labores parando uictui tum de qua nequaquam

mg Quidis ugra uidua esse debeat. | *mg* Signum quo cognoscitur uiuens mortua | *mg* Infidelis non exuit ενεοοργίαν. Iista aītean exuit. Igitur est infideli deterior. Panūie curam depone re fidei et pietai est contrarium. Aminori ad maius. Dosuidue probae est pia et diligens prouidentiaīn re familiari. | *mg* Confideratio circīstan tiarum. | *mg* Aetauiduerae, quam ali ecclesiae fa cultatibus con uenit. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.109]

metuendum, quod vel impudicitie, vel cuiuscunque improbitatis notam incurrat. Quo
 argumento et declaratur mirabilem esse humanam fragilitatem, cui omnis propemo dum
 aetas suspecta esse debet: et omni studio cauendum, ne vsquam impudicitiae notam
 255 incurramus. De vita anteacta plurima sunt inquirenda: Idque ob has caussas. Primô
 enim si statim eae quoque admitterentur, quae antea vixissent improbe, id scandalo esset
 piis et benemeritis, qui existimarent virtuti non suum esse honorem, sed aequae bene
 fie riindignis atque promeritis. Quinetiam redderentur aliquo modo securi, qui vitiis
 assueuerint, ac sic quasi occasionem haberent pergendi in veteri sua praua consuetudine,
 260 dum spes esset se tandem, vbi egerent, ecclesiae facultatibus benigne alendos. Tertio,
 esset id ingens offenculo aduersariis religionis, si viderent qui fuerint per omnem vitam
 apud nos infames, vt scurras, mimos, lenones, decoctores, aleatores, lenas, ambubaias,
 ali: vt non dicam, quod pii diuites animum a dando et conferendo in gazophylacium
 ecclesiae remitterent, iudicaretque parum recte collocatas suas eleemosynas, si id
 265 genus colluuiem quandam ea eleemosyna pasci cernerent. Et certe quae semel lenas
 siue ambubaias egerint, facilime recidunt, quamuis vetulae, ad designandum quod
 viduarum professionem dedecet. Nemo credat quid mali possint anus comminisci,
 quae antea malis assueuerint. Postremo si quaeuis aniculae, cuius cuius conditionis
 antea fuerint, suscipientur alendae ex aerario ecclesiae, metuendum ne istud non sit
 270 suffecturum. Nequaquam ergo mirum videri debet, quond Paulus, vt erat mirem prudens,
 tam scrupulose hanc causam viduarum tractet. Haec porro sunt, quae de vita anteacta
 vult inquiriac considerari.

Que fuerit vnus viri vxor. Id est, quae non visa sit veluti carnis cupiditate aestuans
 mortuo priore marito, nouas nuptias appetere, sed aequanimiter suam tulit sortem, non
 275 gestiens placere mundo, fallacibus et ineptis curis, non sollicita vt viris vllis magis pla
 ceret, quam vni Christo. Non solent incontinentiae notam effugere mulieres, quae nuptias
 cito repetunt. Vnde et in iure infamiae labe asperguntur, quae ante annum nubunt: Et
 ludith. i5. in ipsa laudatur, quod post virum suum alterum nescierit. Tametsi nemo hinc
 putet ita commendari monogamiam, vt cum Montanis damnentur secundae nuptiae.

280 In operibus bonis hominum testimonio comprobata.) Requirit de eius pietate in vita
 anteacta testimonium aliorum, et commune bonorum de ea iudicium, nam consideran
 dum etiam quales sint qui testimonium ferunt. Recenset et diuersas species bonorum
 operum, quae in vita anteacta viduarum solent animaduerti.

285 Si filios educauit.) Non tantum nutriendo corpora, sed etiam pascendo animas, sana
 videlicet doctrina, quemadmodum decet familiam δὺσῆσ v.

Si fuit hospitalis.) Prius quidem bene mereri debent de suis, nempe filiis et domesticis,
 postea etiam de aliis. Insignis hospitalitas resplendit in vidua Sarephana.

Piliorum eduSt sanctorum pedes lauit.) Sancti sunt quicumque pii vere credentes
 et timentes Deut. Pe dumlotione per σμυεκδιογιων intelligunt et minima et maxima

290 quaeque pietatis humanita tisque officia in sanctos, praesertim peregre venientes, et de
via fessos exhiberi solita. Pe des autem lauare aduentanti hospiti, insignis est humanitatis
pariterque valde officiosi pectoris, vt hoc exemplo significetur uidua, quae plane nihil
non fuerit prompta in gratiam sanctorum facere. Erat autem ueteribus mos hospitum
295 aduentantium pedes statim lauare. Vnde Genes.18. Abraham Angelis illis, quos hospitio
excepit, afferam, inquit, pauxillum aquae et lauentur pedes uestri. Et cap.19. Loth.
ad Angelos similiter: obsecro domini, declinate in domum pueri uestri, et manete ibi:
Lauate pedes uestros, et mane proficiscemini. Et Christus Lucae7. Pharisaeo ait, aquam
pedibus meis non de disti, haec autem lachrymis rigauit pedes meos, et capillis capitis
sui extersit.

300 Si afflictis subministrauit.)Id est, si aegrotis, uiduis, captiuis, aduersaque fortuna ad
inopiam et miseriam redactis opem tulerit:Item si afflictos, moestos, solata fuerit, consilii
inopes consiliis sanis adiuuerit, denique aliis modis, uerbis, factis, affectu, charitatis
argumenta praebuerit.

Si in omni opere bono fuit affidua.) Conclusio paucis uerbis complectens omnia. Si,

mg 1.Causa A persona piorum pa perum. 2.causa A personmalorue pa perum. 3.causa A persona aduersariorum.
4.cause A persona diuitum. | *mg* 5.causa Aergis ehaustio. | *mg* Libido et is continentia uiduas dede cet. |
mg Tepus seck darte nupte rum iuri conueniens. | *mg* Montanus se cundas dam nat nuptias. Testimonium
pietatis et Iudicium be norum. | *mg* Opera bona uiduarum. | *mg* catio. Hospitalita Lotio pedi | *mg*
Mosuetus | *mg* Affictort ie creatio. | *mg* Exgctae in omni opl rebono. |

AD TIMOTHEVM CAP. V.

305 Inquit, fuit assidua, id est, semper et magno animo occupata, in omni opere bono (Em
phatice) ita vt nullum prorsus opus sit verae pietatis, in quo illa se non gnauiter exertuerit.
Plurima itaque et vere magna raraque in ea requirit uidua, quae digna iudicabitur, vt
ecclesiae facultatibus alatur: Causas iam ante recensuit: fortassis ideo quoque Apostolus
ita delectum haberi voluit, quod perquam tenue tùm temporis esset ecclesiarum aerarium,
310 nec sufficiens alendis multis. Certe nostris temporibus, quibus raro et vix vsquam
tam integras liceat inuenire uiduas, quando etiam auctiores aliquam to sunt multis in
locis ecclesiarum facultates, liceret ad quaedam conuiuere, nempe etiam si aetas illa (
quam paucae nunc attingunt) non adsit: etiamsi aliquando secundum maritum experta,
dummodo tamen vere desolata sit et bonorum testimonio vi ta eius antea probata
315 fuerit: videtur non excludenda a communibus ecclesiae beneficiis. Sed quid ista dico?
Vtinam facultates amplissimae ecclesiarum non prodigerentur, per inutiles, otiosos,
scortatores, adulteros, praebendarios, qui opes ecclesiarum effundunt alendis scortis,
leonibus, venatoribus, aucupibus, mulionibus, etc.

[p.110]

Porro iuniores viduas reice: cum enim lasciuire coeperint aduersus Christum, nubere volunt, habentes condemnationem, quod primam fidem reiecerint: simul autem et otiose d'scunt circumire domos, imo non solum otiosae, verum etiam garrule et curiosae, loquentes quae non oportet.

320 Per Antithesin ostendit iuniores seu minores sexaginta annis non recipiendas in carum numerum, quae ecclesiae facultaribus sunt alendae. Addit et caussas varias, a vitiis sumptas, quibus minor aetas plerunque est obnoxia.

Cum enim lasciuire coeperint aduersus Christum, nubere volunt.) Videtur ab experientia argumentari, quasi iam ita compertum fuisset in iunioribus viduis, quod vbi semel foi tassis quaedam participes fuerunt publicae eleemosynae, et factae securiores, coeperunt ecclesiae bonitate abuti, et cum antea simulassent se deinceps nunquam nupturas, 325 breui terpres reddidit, Cum lasciuire coeperunt, Graece est κατασπληνάωσ, a verbo σπληνάω, intemperanter et immodeste ago, infrenis sum, quast soluto vel rupto freno ago, vt metaphora subesse videatur a iumentis, quae, cùm bene pasta commode aluntur, ferocire incipiunt, et lora omnia frangunt effugiuntque'. Huiusmodi autem viduarum 330 intemperantiam vocat lasciuiam aduersus Christum, quia nimirum cum antea visae sunt se totas voluisse dedere vni Christo, quasi de maritis postea nunquam cogitaturae, atque eo praetextu receperunt ecclesiae eleemosynas:recte, quando iam iterum captant viros, et vel fornicantur, vel nuptias nouas meditantur, dicuntur aduersus Christum lasciuire. Et malihomines tùm interpretarentur, ab ecclesia quodammodo alimenta praebita lasciuiae: 335 vnde nomen et secta Christianorum protinus male audiret: neque sine nominie. Christiani probro tales viduae conspiciunt lasciuire. Nubere quidem per se caret culpa, sed id non caret culpa, quond, quae antea pollicitae sunt se velle deinceps per omnem vitam coelibes agere, atque eo praetextu obtinuerunt publicam eleemosynam, iam fallunt palam vniuersam ecclesiam, et religionem ea leuitate non parum infamant. Vnde seqstur,

340 Habentes condemnationem, quod primam fidem reiecerint.) Turpi illa mutatione prioris propositi praebent occasionem, vtab omnibus damnentur reprobenturque ceu leues, vane, perfidae, et libidinosissimae, quod fidem siue promissionem illam, qua prius pollicebantur, se vitam uelle traducere in coelibatu, irritam fecerint. Nam eae duntaxat ad mittebantur ad participationem communis eleemosynae in ecclesia, quae sese affirmabant 345 ac promittebant caste in viduitate permansuras. Nam duntaxat in quantum uiduae erant et uiduae permanerent, iudicabantur subleuande ecclesiae facultatibus. Quae m' trimonium praeeligerant, libere quoque id faciebant, acrelinquebantur alendae a maritis. Illa itaque promissio de casta uiduitate nequaquam talis uoti speciem habebat, qualis

mg Ab expguena. | mg Επληύω Metaphora iumentis. | mg OfErdE γπίωνο sipu ficat dam nationem anine sed dan n. tionem per Iniquum boni num iuatcium si ue damnatio nen ac notam infimiae Promissa et conditiones ut duarum receptorum ad eleemosynae communis paricipationem. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

350 vota perpetuon obligantia conscientiam quidam confinxerunt: quippe quaedam post illa promissionem siue votum, si ita velint, nupserunt, vt hic Apostolus commemorat. De

[p.111]

inde si maxime vellent affirmare vota per virgines omittenda: at videant, qualem velit esse Apostolus, quae castitatem uoueat, nempe sexagenariam. Quanto prudentius cauit Apostolus 1. Corinth. 7. ubi de uirginitate ac coelibatu disserens sic uoluit semper accipi sua uerba in commendationem uirginitatis dicta, ut non iniiceretur laqueus conscientiae. Sed aliud uitium accusat Apostolus in uiduis iunioribus, ob quod minus alendae essent ecclesiae facultatibus.

Simul autem et otiosa discunt circumire domos.) Ideo illis non dandum, quia ex liberalitate ecclesiae captant occasionem turpis otii, quod mater est omnium uitiorum. Ecclasiast. 33. Multam malitiam docuit otiositas. Prouerbus 12. Qui sectatur otium, stultissimus est. Porro habentes otium discunt circumire domos. Cum enim speciosus esset et uenerandus uiduitatis titulus, hoc nomine factae arrogantes et ambitiosae se in diuitum domos inuerecunde ingerunt, et, quod fere solet huic rei adiunctum esse, impudenter a quouis petunt, et a quouis accipiunt. Hoc enim significabat Christus, cum obiiceret Pharisaeis Matth. 23. quae comederent domos uiduarum, qui sine dubio circumibant domos illarum, et semper per petebant: qualem et monachum quendam describit Hieronymus in quadam Epistola ad Eustochium de uirginitate seruanda. Prouerbus 7. describitur meretrix circumcursitans, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Ierem. 14. Dilexit mouere pedes suos et non quieuit, et Domino non placuit. Sed quoniam eiusmodi uiduae obenerant per diuitum aedes solent nihil omittere, quo sperant se diuitibus placituras: hinc quoque quaeuis meditantur, confingunt, commentantur, quae grata illis fore arbitrantur. Vnde sequitur:

Imo non solum otiosae, verum etiam garrulae et curiosae, loquentes quae non oportet.) Exagge ratio est per Correctionem, qua ostendit, accedere turpi otio et cursationibus illis garrulitatem et curiositatem, denique et obscenitatem. Prouerbus 7. Garrula, uaga, quietis impatiens. Loquunt, inquit, quae non oportet, id est, quae non solum non decent uiduas, sed nec quascunque mulieres: imò loquunt quae nocent, dum uaria deferendo et parietate ingeniorum in aedibus diuitum quaeuis contingendo, odia, iniqua iudicia, obloqua serunt, quae nonnunquam in apertas rixas et lites abeunt. Quia itaque hoc pacto sese gerunt, certe nemo cordatus et uere uiduas honorare uolens, tales iudicet ex ecclesiae facultatibus alendas. Ac grauissime his uerbis feriuntur, quaeunque hoc nostro seculo praetextu religionis, et castae uiduitatis circumcursitant, et quaeuis a diuitibus extorquent, interea otiosae, garrulae, curiosae. In Graeco est allusio et α ταρέκλασις in uerbis illis, συμφέρον γὰρ, ἀλλὰ καὶ πρόβλημα. De his uide commentarios nostros in 2. Epistola ad Thessalonicenses, caput tertium.

Uolo igitur iuniores nubere, liberos gignere domum administrare, nullam occasionem da re aduersario, ut habeat maledicendi causa. la n. nonnullae deflexerunt secutae sathanam.

Per occupationem adiecit, quid iunioribus faciendum statuatur. Nam ubi quis dixisset forte, Non uis, ô Paule, iuniores uiduas sustentari ecclesiae facultatibus, propter certam uitia quibus plerumque laborant, quid igitur restat illis faciendum? Respondet, nubant et mariti eas alant, et in eo uitae genere se pie exerceant, liberos alendo, familiam administrando, non discurrendo otiose: in quibus rebus honestas et probitas sita est non potest. Volo, inquit, si uiduae quae se continere non possunt, et cauere a scandalis, denuò nubant, potius quam si promittant se, spe accipiendi uictui necessaria ab ecclesia, uicturas coelibes. Atque

haec est honestissima ratio iudicanda, qua iuniores uiduae possint sibi prospicere, si uidelicet denuo nubant, potius quam vel extrema laborent inopia, uel alias se parum honeste gerant. sequitur ratio, a uitando scandalo.

395 Nullam occasionem darc aduersario, ut habeat maledicendi caussam.) Si uidua uult perma onem dare maleuolis hominibus obloquendi. Quod si nubit, ipsa omnem occasionem adimit. Nam que nubit, id nemo iure potest reprehendere. Porro uariis modis uidua iuue

mg Oumtuu nis mater. | mg Circuire a nos quid. | mg Exaggeratio per oce pationem. | mg Mores fall rumuidus | mg Amanea cis. | mg Nuptiae permisse et pre posit umic nbusuduis. | mg Occasio co uonnt suxda. |

AD TIMOTHEVM CAP. V.

[p.112]

nis praebet occasionem maledicendi aduersariis: si se comit paulo elegantius, si cum 400 ullis habet consuetudinem, si a quibusdam salutetur resalutetque ;: in summa, sexcentae circumstantiae sunt, quae statim eam ceu impudicam suspectam reddunt: et dicta et facta, et gestus et omnia ipsius a malis hominibus obseruantur. Omnia ergo haec his verbis interdiciuntur et prohibentur ei, quae pro vera uidua haberi uelit.

Iam enim nonnullae deflexerunt secutae sathanam.) Comprobatio rationis praecedentis 405 ab exemplo siue ab experientia: quasi dicat: Nemo miretur, me sic iubere, vt uiduae nu-4 bendo sibi consulant, et aduersario occasionem obloquendi praeripiant. Nam iam amodo compertum est, quasdam quae coelibes se fore promiserant, et ea conditione ecclesiae liberalitate enutritae sunt magnorum scandalorum caussam exitisse, dum cursitantes, garrulae, curiosae, tandem et in fornicationem prolapsae, multorum animos 410 conuoluerunt ad sinistre iudicandum de vniuersa nostra religione, et simul labefactarunt pulcherrimum hoc alendarum vere pauperum viduarum institutum.

Secutae sunt sathanam.) Id est, opera sathanae, per Metonymiam. Sunt autem opera 415 sa thanae, otiari, vagari, deferre, obloqui, calumniari, lasciuire, et scandalorum caussam prae bere. Ergo iunioribus uiduis satius est vt nubant, quam vt in viduitate committentes opera sathanae occasionem praebeant malis sinsstre iudicandi. Expendant istud iudicium Pauli, qui immodice efferunt coelibatum, quique damnant secundas nuptias.

Quod si quis fidelis aut si qua fidelis habet uiduas, suppeditet illu, et non oneretur ecclesia, vt his, quae vere uiduae sunt, suppetat.

Conclusio huius causae de alendis uiduis per occupatione Nam si qui forte iterum o 420 bicissent ad verba praecedentia, uiduas quasdam tam miseras esse, vel aliqua ratione tam infoelices, vt non videantur inuenturae marito. Respondet, ac definit in summa, eas quae amicos habent et consanguineos, nequaquam ecclesiae obtrudendas. Perspicua sunt verba Pauli: Dicit autem: Si quis fidelis aut si qua fidelis. Nam credentibus uult istud persuasum esse debere, ac misericordia mouert hos uult, vt uiduam sibi sangumne vel amicitia iunctam foueant Incredulis seu gentilibus praescribere non putat ad se pertinere. Et vere declarat se fidelem, quicumque huius rei curam ad se benigne recipit. Neq hic

425 omisit Apostolus certam rationem, quando per *τιολογίαν* ait,
 Et non oneretur ecclesia, vt his, quae vere viduae sunt suppetat.) A difficili argumen-
 tatur. et ab inconuenienti quod sequeretur: quasi dicat: si quaeuis reciperentur, certe
 ecclesla oneraretur, atque exhaustis eius facultatibus eae, quae vere viduae sunt, quae
 neque ae-e tate, neque amicis, neque vlla ratione semetipsas possunt iuuare, destituerent
 430 tur, quod non n recte esset factum. Aequius est ergo, his semper prospici, quam illis,
 quae alio pacto ii vel denuo nubendo, vel per amicos iuuat possunt. Vtinam autem
 haecratio alendarum o viduarum in primitiua ecclesia obseruata, nunc quoque in vsum
 reuocaretur: imo uti-e nam omnium pauperum ratio haberetur. Sane ad instituendam
 subuentionem paupe rum, quaedam argum enta et ordinationes commodae, ex his uerbis
 435 Pauli excerpi pos sent, nempe qualibus potissimùm conferenda eleemosyna. Studeant
 ministri ecclesiarum hanc et huiusmodi alias bonas ordinationes suis petsuadere, et opera
 misericordiae diuitibus iugiter commendare. O nunquam satis laudatos meos Hyperios,
 qui i non solum uiduis, sed omnibus pauperibus cuiuscunque sortis uel aetatis, nec
 domesti-, cis suis tantum, uerum etiam peregrinis aduentantibus consultum uoluerunt.

*Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime ii, qui lab orant
 in sermone et doctrina. Dicit enim sertptura Boui trituranti non obligabis os. Et, dignus
 est operarius mercede sua.*

440 Sequitur, quomo do episcopus se geret erga presbyteros. Curari autemuult per eu ut his
 honeste prospiciatur, deque eare diligenter doceri populum. Rectissime autem postquam
 egit de alendis uiduis ex ecclesiae facultatibus, agit causam et ministrorum ecclesiae,
 quos oportet et aequissimum est, simili modo, quoniam illis non uacat propter publicum
 ministerium rebus terrenis et negotiationibus ad quaestum facientibus dare operam, et
 445 ecclesiae facultatibus sustentart.

mg Ab exemplo | mg Metonymic | mg Conclusio | mg Occupatio. | mg Fideles curam gerere
 debent pauperum uiduarum. | mg A difficilem et inconuenientiEcclesia non oneranda aut exhaurienda. |
 mg Laus Hyperiorum. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

Qui bene praesunt presbyteri.) Hoc loco presbyteri uocabulum officii, non ae tatis iim
 cludit rationem. Vocantur autem presbyteri generali et communi nomine omnes, qui
 ministrant in ecclesia: id quod antea quoq admonuimus. Nam et episc. ipse presbyter
 quoque dicitur, testante Ambros at non omnis presbyter episc. De his ergo omnibus
 450 hic ei sermo est, qui episcopo inferiores sunt, quos Ambrosius enumerat in qualibet
 ciuitate, duos diaconos, qui administrant uerbam et Sacramenta, et septem diaconos, qui
 ministrant mensis, distribuentes ecclesiae facultates. Animaduertendum uero, Paulum,
 cum agere institueret causam ministrorum, preposuisse id primo loco, Qui bene praesunt:
 Nam mul ti quidem ambiunt appellari presbyteri, et hoc nomine facultatib, ecclesiarum
 455 ali: Sed vel paucissimi sunt, qui bene praesunt. Apostolus autem eos commendat qui
 bene praesunt. Sa ne otiosi et inutiles, qui Epicuri de grege porci magis videntur, quam

[p.113]

pastores animarum, non videntur his presbyteris, quos Paulus commendat, annumerandi. His itaque verbis admonentur omnes presbyteri, vt bene praesint, hoc est, ita praesint, vt prosint, secundum voluntatem spiritus Des omnia dispensantes. Bene aut praeerunt, si
 460 officium suum obeant vri Apostolus hac Epistola praescripsit, in qua quales eos esse, tùm domi tùm foris quomodo item et quae docere debeant, quomodo ministrare, plenissime demonstratur. Proinde istiusmodi presbyteri duplici honore digni habeantur. Nomine honoris per Metonymiam intelligi conuenit, quicquid eis ratione officii inferiores debent. Quod vt clarius intelligeret, vocauit honorem duplicem. Duplicem autem honorem
 465 interpretantur: Alterum videlicet honorem obedientiae, quo honoratur in illis verbi Dei autoritas, cuius administratio semper salutaris et necessaria, tanto pluris debet fieri prae qua cunque functione, quanto sublimior est anima quam corpus. Alter honor est subsidii et iusti itipendii, quod conuenit honeste alendae familiae. Etiamsi Theophylactus duplicem honorem exponat, abundans, amplum, et duplicatum stipendium, quod sufficiat
 470 et familiis sustentandis ministrorum, et aliis bonis operibus in pauperes exercendis, si cut olim Leuitis decimae conferebantur. Porro de priore illo honore non admodum laborat Apostolus, neque res magna est, si impendatur, neque ceu grauem possunt vlli detrectare. Nam et magistratus ciuiles honorandos esse ratione officii publici, nemo non concedit. Et medicum honorandum praeterque qu scriptura precepit, quae ait: Honora medicum,
 475 propter necessitatem enim creauit eum Dominus: tùm Homerus quoque dixit: labos γαρ αψηρ πολαν α τᾰβιω λλων. Iam si honorandi ratione officii, qui vtilis sunt in rebus ciuilibus et vita externa: si honorandi, qui curant salutem corporum: aequissimum est honorari ratione officii eos, qui vtilis et necessarii sunt in rebus ecclesiasticis, et vita interna seu spirituali, quique curant salutem animarum. Sed de altero honore
 480 potissimum Sermo est. Hunc uero omnibus in genere ministris debitum esse affirmat, idque argumentis efficacibus mox comprobatur. At interim vt diuersa sunt in ecclesiis munia neque cuius ministro quaeuis conueniuel ta aliis plus, aliis minus honoris huius videt deberi: Vnde ait:

Maxime ii qui laborant in sermone et doctrina:) Sunt illi quoque presbyteri siue
 485 diaconi alendi ab ecclesia, qui ministrant mensis: sed ii praecipue qui fungunt munere docendi quique administrant Sacramenta. Discimus hinc multo honorificentissimum esse munus ac iustissime eos liberaliter ali in ecclesiis, qui populum instruunt verbo et sana doctrina. Alia munia suum locum habere debent, nec sunt contemnenda: sed istud multo excellem tius. Sunt autem coniuncta sermo et doctrina: quia ille sermo
 490 maximam habet vtilitatem, non qui tumide ostentat insignem peritiam oratoriam, vel multam subtilitatem Philosophicam: sed qui docet veram pietatem et vitam format. Nam huc potissimum omnes conditiones ministrorum debent tendere. Scientia inflat, charitas aedificat. I. Cor. 8. Praeterea discutit hic ministri illi ecclesiarum, quod se sedulo debeant in sacraiaum literarum studiis exercere, cum hac parte, videlicet docendo, iudicentur
 495 praecellere, et ob hanc potissimum caussam iudicant digni, qui ab ecclesia sustententur. Ideoque ; Apostolus vsus est verbo laborandi, simul quo ostenderet, ministros esse debere admodum diligentes in tractando verbo, nullosque studiorum labores recusare: simul etiam vt obstruerent eorum ora, putant sine multo labore recte doceri posse, neque laborem interpretant, nisi manibus et corporis nisu exercet. Na ita est. Valde laborat
 500 studiosi ministri ecclesiarum, etiasi vulgo semp

mg Ambrosiut Duo diaco Septem dis cont. | *mg* Emphasiti Bene. | *mg* Presbytero ram est ben preesse.
 | *mg* Honor det tupreiby nis. | *mg* A pari. | *mg* Primgruam presbytero rum munus in uerbo et de
 ctrinacollo catur. | *mg* Presbyteri ecclesiae se stentatione digmi. | *mg* Studiamini storum eccte siae non
 contcuenda. |

AD TIMOTHEVM CAP. V.

[p.114]

feuarl videantur. Habent literarum lectio et veri sensus indagatio maximum laborem
 inclusum, habent item curae et sollicitudines pro bona ordinatione in Ecclesia mo lestias
 grauiiores, quam quiuis labor manuarius. Ecclesiarum ministri laborant, sicut et laborant
 magistratus ciuiles, vtriq autem animo magis que corpore: et tanto prestantius debet
 505 eorum opus iudicari, quanto pauciores inueniuntur qui illud opus queunt rite efficere.
 Interim otiosi et inutiles in ecclesiis, qui preter nomem nihil habent, quo se pro mini. stris
 venditant, quales heu nimium multi ecclesiis praeficiunt, viderint ipsi num ita laborent,
 vt suo victu digni iudicari possint. Certe Dominus per Ezech. cap.34-iis, qui se tantum
 pascunt et gregem negligunt verbo Dei pascere, grauissime comminat. Etin tales, nec
 510 ver bo, neg aliis actionibus laborant, competit haud dubie illa lex, QyI NON LABORAT
 IS NEC EDAT. Praeterea videre hic licet quid maxime in his ministris ecclesiarum
 requiratur, nempe vt laborent in sermone ac doctrina. Sicubi aliquid desiderari videatur
 in vita, et fortasse minus videntur docere ipsis actionibus: at dent operam, vt, quod
 praecipuum est, laborent strenue in sermone et sana doctrina. Videant ne huius partes
 515 deserant. Sequuntur argumenta, cur ministri ecclesiarum sint alendi.

Dicit enim scriptura Boui trituranti non obligabis os: Et, dignus est operarius mercede sua.

Vtrunque argumentum ab autoritate sumitur. Prius a Mose, Deut.25. Posterius a Chri
 sto, Matth.1o. Illud quidem sic habet a minore. Boui trituranti non est obligandum os:
 Ergo nec ministro docenti neganda est alimonia.1. Corinth.9. ostenditur allegoricam
 es se locutionem. Et frequenter a re rustica similitudines et allegoriae in Euangeliis
 520 adi ducuntur: vt Matth.9. Messis quidem multa, operarii autem pauci. Confertur autem
 minister docens et enarrans scripturas Boui trituranti:sicut enim bos triturando excu tit
 grana ex aristis, facitque vt a paleis separentur grana: Ita qui enarrat scripturam, sen
 sum et mysteria educit e suis folliculis facitque vt sana doctrina a noxia, et virtutes a
 525 vi tiis discerni queant. Alterum argumentum Christi est a communi sententia etiam
 vul, go in ore habita. Eadem argumenta et plura 1.Corinth.9. Galat.6.1.Thess... Nec
 erat o, pus plura adferre apud Timotheum qui ea bene nouerat, et potuit ipse populum
 plenius de eadem causa docere. Non debent quidem ministri affectare amplum adeo
 stipendium, ne videantur se magis velle pascere quam gregem. Et Matth.1o.quae gratis
 acceperunt a Deo, iubentur gratis dare. Et 1. Petri,. iubentur non affectare lucrum, sed
 530 propenso animo pascere gregem Christi. Et vt Act.2o. commemorat Paulus dicens, nihil
 se ab Ephesus accepisse: vtrum magis est iuxta Christi verbum dare quam accipere?
 At interim conferendum est in ministros omnes quidem sed praesertim eos qui docent,
 quantum satis est familiae honestae pascendae Tanta merces, inquit Ambrosius, debet

esse Euangelizantis regnum Det, quaneque contristē, neque extollat. Pariter.n. et inopia
 535 illum premi et abundare periculosum est. Diligentior fit magisque assiduus esse potest
 in stu diis sacraru literarum, si non grauet inopia. Et crescit, inquit idem Ambrosius,
 in illo autoritas, cū videt se etiam in praesenti laboris sui fructum percipere, non vt
 abundet, sed vt ?. non desit: satrapas opibus aequare non debet, at probum ciuem et in
 540 honesta existi mationae? habitum merito aequabit, quantum ad sumptus attinet in sua
 familia expendendos. Pauper. tas etiam siduciam loquendi interdum adimit, et minuit
 auctoritatem, praesertim apud rudes. I. taque ne in contemptum veniant ministri, ne etiam
 penuria pressi cogantur verum dissimu lare, vel adulari, decet eis prospici, vnde honeste
 viuant: ac tali mediocritate, vt neque popes videant fieri audaciores, neque per inopiam
 545 timidores, sicque nulla spe vel auiditate quaestus, nullo quoque metu potentiorum,
 intrepide et synceriter doceant. Propter has autem causas, nempe et propter viduas
 alendas caeterosque pauperes, et propter mins. stros ecclesiarum, maiores nostri opes
 non paucas ecclesiis contulerunt, imitantes pios illos diuites in primitiua ecclesia, qui ad
 pedes Apostolorum sua attulerunt pauperibus ex aequo distribuenda. Distribuebantur
 autem illa ecclesiis publice collata stipendia in qua tuor partiones, ut ex quadam Epistola
 550 Gregorii Magni ad Augustinum episcopum Can mariensem colligiur. Vna pars cpiscopon
 cedebac et familiae, propter hospitalitazea

mg ludacu bores animi corporis labonibus sunt praestabiliores. | *mg* Lex contra pigros et otiosos. | *mg*
 Duo argumenta ab autoritate. 1. a mose. 2. a Christo. similitudo a re rustica. Bos tritirans. A communi
 sententia. | *mg* Ministri uerbi debent esse lieni ab auaritia et cupiditate. Ministri uerbi honeste alendi. 1.
 Causa. | *mg* Mediocritas optima. 4. | *mg* Exemplum liberalitatis maiorum nostrorum Quatuorpartiones
 eleemosynarum. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.115]

atque susceptionem, alia clero (.1.pauperibus studentibus sacris) tertia pauperibus, quar
 ta ecclesus reparandis. Ac bene quidem tunc adhuc facultates ecclesiae administrabantur:
 sed breui post hypocrisi et superstitione in ecclesia praeualentibus, et quiduis adhuc ab
 555 ignaro diuitum genere impetrantibus, cum iam opes mirum in modum auctae essent,
 vera coepit siert illa Bernhardi querela, quòd religio quidem peperisset diuitias, sed
 filia deuorauit matrem. Diuitiae extinxerunt in ecclesia omnem religionem, quando per
 hypocritas et superstitionum magistros, ad omnem fastum et superbiam sunt accommo-
 datae, nullaque amplius habita est pauperum alendorum ratio: Sed omnia qui dam ad
 560 suum priuatam vsum et pompam conuerterunt, ad haec nostra vsque tempora. Orandus
 Deus, vt abusus omnis extirpetur, et verus vsus facultatum ecelesiis restitua tur. Nam
 ecclesiasticis istis satrapis et episcopis aulicis miseri et famelici doctoies Euangelici
 frustra canunt.

*Aduersus presbyterum accusationem ne admiseris nisi sub duobus aut tribus testibus.
 Eos, qui peccant coram omnibus argue, vt et caeteri timorem habeant.*

Apte, postquam egit de honorandis presbyteris, qui bene praesunt, adiungit ista de ar

565 guendis, qui deprehensi fuerint culpandi. Indicat autem primo non facilem admittendam
 accusationem aduersus presbyterum. Vtque ita statuatur, variae causae eum mouere
 poterant. Certum est, maligna esse multorum ingenia, et promptissima omni tempore
 ad laedendum eos, qui praesunt, id quod secula nostra nos plus satis docuerunt. Sed
 570 multo magis, quoniam veritas odium parit, laborant mali homines ad nocendum ministris
 veritatis, per quos ipsorum vitia reprehendunt et produunt. Aegre enim ferunt se res
 prehendi, ac propterea oderunt censores presbyteros. Sicut puori plerumque oderunt
 paedagogum suum, et vulnerati aegrotique auersantur medicos, et fures ac scelerum
 conscii suspectos habent magistratus, pauperes inuidet diuitibus. Hinc ergo non statim
 575 sunt audiendi quiuis accusatores, cum plerumque soleant plebei presbyteris inuidere.
 Deinde si quiuis, et ob quamuis leuiculam rem audiatur, non parum imminuetur presby-
 terorum autoritas, contra quos liberum est cuiuis et perditissimo dicere. Et quid non
 possunt confingere mali et colore ueri persuadere ubi male uolunt? Notum est subinde
 etiam subornatos falsos testes plures simul conuenientes, quorum astu ac dolis boni uiri
 et immerentes occiderentur. Nam ad uotum lezabelis 1.Reg.21. duobus testibus filiis
 580 Belial uictus, ac ueluti blasphemus in Deum, iniuste lapidatus est Naboth. Et Christus
 Matth.26.apud Catapham grauissime accusatur blasphemiae a duobus falsis testibus.
 Stephanus item Actor.7. per falsos testes conuictus lapidatus est. Quae cum ira se
 habeant, non abs re Apostolus difficulter uult audiri accusationem aduersus presbyterum,
 quem uix uerosimile est publici criminis reum posse peragi, cum non sit admissus ad
 585 munus illud, nisi qui per omnem uitam uixerit inculpatisime. Deinde ex eius accusatione
 macula quaedam uidetur inurenda toti ecclesiae, et uniuersus ministrotum ordo non
 parum dehonoriari. Si itaque contingat aliquid contra presbyterum quempiam deferri,
 non admittatur accusatio, nisi hac conditione: Nisi sub duobus aut tribus testibus: Nam
 haec forma accusandi in foro praescripta olim Deuter.17. et 19. etiam in accusatione
 590 apud episcopum siue apud ecclesiam seruanda est: siquidem et Matth.18. iubentur
 prius duo aut tres adhiberi, quam ad ecclesiam crimen alicuius est deferendum. Tametsi
 propterea, quod etiam falsi testes possunt inter se conuenire plures, uti prius ostendimus,
 magna prudentia hicopus est.

Caeterum quoniam presbyteri etiam homines sunt, ac proinde et errare possunt et
 595 respiscere, ideo ubi plures adfuerint accusatores, et certo comprobatum fuerit, pres-
 byterum offendisse: hanc legem seruandam statuit: Eos qui peccant coram omnibus
 arque: Adeo ministerii functio illos non excusat, non adfert impunitatem: quin ubi
 publice peccauerint, publice quoque arguantur, et respiscentiae exemplo omnibus, quos
 offenderunt errando, satisfaciant poenitendo et ueniam deprecando. Ac certe nist ita
 600 fiat, grauius scandala orientur, ac uidebitur episcopus peccatis illorum fauere, caeterique
 mox iudicabunt sibi eadem impune licere: quin ipsa quoque persona, ad cuius peccata
 conuictetur, fortassis hinc in deteriora prola

mg Bernbgd Diuitias f perit relig at filia de rait matt | *mg* Abusus faci taum eccles. estearum. | *mg*
 Ingeniorum malitia Ns gque. cusandase presbyter. Feausa | *mg* 2. Veritas dium parit. Matth. 14. oscae 4
 1. Reg. 22 A Simili. 2. Inuidias gi. | *mg* 4. Autorita. tis uiolatio. | *mg* 5. Mendacia et calumniae: 6.
 Fassi testes. | *mg* 7. Auitae pro bitate et innocentia. | *mg* s. Matmate clesiae inuri tur ex accui fatione
 pres byteri. | *mg* Non conni. uendum pecc. tis publice admissis per presbyteros | *mg* Forma accusandi

presb, terum. | mg ScHdat per culam. |

AD TIMOTHEVM CAP. V.

[p.116]

betur, existimans crimen suum uix pro crimine reputandum. Apostolo satis fuit causam
 finalem ab utilitate publica adiicere, dum ait: Vt et caeteri timorem habeant: Incutitur
 605 omnibus salutaris quidam timor ne quid tale audeant committere, ob quod vi dent publice
 reprehendi ipsos etiam presbyteros. Et quia plus periculi imminet a malc exemplo
 superioris, sicut magis dolent ob laesionem capitis quam alicuius alterius membri: Ideo
 etiam aequum est propter alios publicem redargui presbyteros, qui publice dell querint. A
 fonte infecto inficitur totus riuus. Itaque discimus hic nequaquam excipien das personas
 610 in ecclesiasticis censuris, sed simpliciter, qui publice deliquerint, public arguendos.
 Quod autem de publice admissis ista intelligenda veniant, id liquet exratione testium:
 nam quod plures viderunt, id quasi publicum aestimat. Discimus item cauendum mini.
 stris omnibus, ne vlla ratione offendiculum praebeant caeteris, qui ipsorum exemplo sun
 regendi, coercendi, in timore et sancta disciplina retinendi. Nomnulli hanc legem de
 615 publice arguendis qui publice peccarint, non contra presbyteros tantum latam intelli
 uolunt, sed contra quoscunque peccantes: Id quidem verum est, ita eam exercendam:
 tametsi proprie hic contra presbyteros lata est, et sunt omnia haec uerba praecedentibus
 connectenda. Neque quae hic dicuntur, pugnant cum illis quae Matth.18. de correptione
 fraterna priuatim agenda dicuntur. Nam hic publica agitur, quaeque ; iam delata est ad
 620 ecclesiam. Quibus autem de rebus presbyteri possint apud episcopum accusari atque
 argui, longum foret disputare.

*Obrestor in conspectu Dei et Domini Iesu Christi, et electorum, vt haec serues, sine
 praecipitatione iudicii, nihil faciens iuxta propensionem animi.*

Concludit obtestatione, ac uidetur alludere ad morem quo solent Sacramento astrin gi qui
 in republica iudicis uel alterius magistratus personam suscipiunt. Porro hac obtestatione
 indicat se grauissimam legem de forma accusationis et redargutionis presby terorum
 625 tulisse, eamque summa diligentia sequendam et seruandam.

Obtestor, inquit, vi haecserues.) Graece διαμαρτύρομαι quod significat protestor,
 praesentibus testibus depono Deos homines que contestor: et διαμαρτύρον luriscon
 sultorum uerbum est: contestari in lite aliqua de scripto, et ut vulgo dicunt, coram
 omnibus protestari. Hic proprie significat Deum ipsum contestor, quod verba sequentia
 630 indicant: vtitur et huiusmodi obtestatione 2. Timoth.4.

In conspecTu Dei et domini Iesu Christi, et electorum angelorum.) Vide qualem
 et quam vehementem obtestationem faciat. Per Deum patrem, et Christum dominum,
 et electos angelos, qui omnia intuentur et spectant, quos oportet semper imaginari,
 sicuti et vere sunt, omnibus actionibus nostris, praesertim iudiciis, praesentes esse et
 635 intentos: obtestor te, ô Timotheô, vt haec serues. Electos angelos vocat ad discrimen
 eorft qui ceciderunt a sua dignitate per peccatum, qui electi non sunt, sed reprobi et
 dannandi. Merito his uerbis eius pectus commoueat, cui iudicium aliquod praesertim
 in ecclesia est tractandum. Ac dignissima essent haec uerba, quae non solum vbi episcopi
 audiunt ecclesiasticas causas, uerum etiam ad omnia fori tribunalia describerentur, ur
 640 semper in oculis iudicum uersarentur. Addit aliam conditionem in iudicio retinendam

Sine praecipitatione iudicii, γω, ι προκριματες, sine praeiudicio, quemadmodum si dicere mus iudicandum, sed ita, vt nihil fiat in praeiudicium aliorum. Praeiudicium est, cūnex opinione, quam primum concepimus temere, pronunciamus de aliquare, causa ipsa nondum plene cognita, qua cognita aliter foret pronuncian-
 645 dum. Quare et recte interpretes reddidit, Sine precipitatione iudicii. Praecipitatio enim et festinatio facit, ut priusquam totam causam satis perspexerimus, parum recte pronunciemus. Eam ergo merito Apostolus a iudiciorum forma abesse uult.

(Mmili Jacientes iuxta propensionem animi.) καταπρόσκλησιν, per inclinationem, ueluti in unam partem magis quam alteram inclinatus: Nos uno uerbo dicere possemus
 650 uulgari more, nihil faciendum in iudicio ex affectu. Excludendus ergo est a recto iudicio affectus, iudicandum sine ulla personarum acceptione, ex aequo et bono, non uni parti magis fauendum quam alteri, locum non habeat autoritas cuiusquam uel gratia Conueniunt haec uerba cum illis Deuter.7. Iudicent popuia iusto iudicio, nec in altera

mg Offendiculum cauendum mimstres. | *mg* Cassafira lis ab utitita Personae non debent respici. te publica. Similitudo. | *mg* Ouesii | *mg* Angeli electi. | *mg* Praeiudicium fugiendum. Praecipitatio iudicii stitiae. obest cognitioni et iu | *mg* affectus in iudicio non multo minus huic obtemperandum. Ratio cur consulendus: affectus non sit audiendus u iudiciis. | *mg* Angeli reprobi. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

partem declinent. Non accipias personam nec munera, quia munera excaecant oculos
 655 sapientum, et mutant causas iustas: iuste quod iustum est persequeris. Tria ergo insignia documenta ex his uerbis Paulinis colligere licet. Primo iudicandum ut Deo et angelis inspectoribus. Secundo, sine praecipitatione, id est, matura inquisitione et deliberatione. Tertio, sine affectu seu personarum acceptione. Quae tria non solum in ecclesiasticis actionibus, uerum et in ciuilibus et forensibus merito sunt obseruanda.

[p.117]

Manus cito ne cui imponas, neq communices peccatis alienis. Temetipsum purum serua.

660 Commode, postquam dixit non cito iudicandum, adiicit similiter, non temere aut cito quenquam praeficiendum ecclesiae. Nam manus imponere, quemadmodum semel a nobis dictum est capite 4. nihil aliud est, quam externo eiusmodi iudicio ac cere noniola indicare, testari, idoneum esse, cui publica functio in ecclesia committatur. traque per Metonymiam perinde est, atque aliquem ecclesiae praeficere: sicut sceptrum ulicui in
 665 manus dando solent creare regem, pileum dando seruis, solent liberos reddere. Satis ergo declarat, non paruum esse munus, praefici ecclesiae, ac valde accurate ab episcopis animaduertendum, qualis nam ad tantam functionem sit admittendus. Opus est prius bene explorari, id quod arguit voxilla μφατικς legenda cito. Ideo. Ambrosius praecedentem obtestationem, non ad causam illam de accusatione et redargutione presbyterorum, sed
 670 ad hanc de non cito ordinandis retulit. Sed sequitur hic quoque ratio a periculoso:

Neque communices peccatis alienis.) quasi dicat: si indignum et inidoneum praeficis, qui uitiiis suis illam functionem deformat, iam vidêris illius peccatis communicare et

fauere, fitque', vt eius vitia tibi imputentur: Istud, inquit, ne facias, Temetipsum purum
 serua: id est, vide ne tibi ipsi nota inuratur, propter improbam vitam eorum quos
 675 ordinaueris: Vide tuam conscientiam hac in parte liberae, eamque probatam, puram, Deo
 et hominibus reddas. Constat autem hinc perinde peccare eos, imo grauius, qui inidoneos
 ordinant, atque illos, qui cum inidonei sint, ordinantur, et post ordinationem suam in
 manifesta scandala prolabantur. Communicant tales episcopi alienis peccatis, in eos
 peccata aliorum recidunt, atque ipsis imputantur: quia videntur approbando personam,
 680 simul approbasse vitia eius et peccata, et sic suam ipsorum conscientiam commaculant.
 Huc pertinet illud Roman I. Digni sunt morte non solum qui ea faciunt, verumetiam qui
 assentiuntur iis qui faciunt. Item deligendos esse idoneos constat ex illo Numer. 11. vbi
 dominus ad Mosen, congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti
 quod senes sint populi ac magistri. Matth. 5. Quomodo caecus caeco dux erit? Et, Si sal
 685 infatuatus fuerit, etc. Item omnia quae dicta sunt de diaconorum doctrina et vita.

Ne posthac bibas aquas, sed vino paululo vttere propter stomachum tuum, et crebras tuas infirmitates:

Quasi $\pi\alpha\rho\rho\rho\gamma\omicron\nu$ obiter inspersionem de tuenda valetudine, tametsi tacita potius lateat
 reprehensio superstitiosae abstinentiae, tanquam si respiciens ad illa verba: temetipsum
 purum serua: subindicaret, vsu vini hominem nequaquam impurum reddi, sed potius
 promouendo eos qui sunt inidonei. Atque ideo magis cauendum, ne quis polluat se
 690 bromouendo inidoneos, quam ne polluat se vtendo vino. Hac vero ratione connectas ista
 cum praecedentibus, alians non. Fortassis autem vel a parentibus institutus, vel proprio
 ludicio adductus Timotheus agebat abstemium. At veron si ita abstinisset quadam
 superstitione, tanquam si usu uini putaslet se polluendum, et aequa abstinentia uini
 fore mundiozem, merito iudicium id reprehendendum fuit. Quod si etiam adeo sibi in
 695 terdixisset usum uini uel etiam ciborum, ut valetudini aliquid inde decederet, erat et
 huius intemperatae temperantiae admonendus. Certum est Paulum non sine iustissima
 caussa admonitionem istam apposuisse.

Nepeshac bibit aquam, sed vine paululo vttere.) in calidis regionibus receptum est,

mg rauast semper sun expendenda 1. Se coras Deo et in tospectu An gelorum iadicare. Psal. 82. 2Sine preci
 pitatione, et maturo çonsilio examinationeque di ligentires agenda. | *mg* 3. Sine affectu et per sonarum
 ac ceptatione iudic is prae sidendum. Manus imponere quie hoc loco si gnificet. | *mg* Metonymia Ratio a
 periculoso. | *mg* Consçienti, puritas insit episcopo in ordinandis ministris. | *mg* Quomodo episcopi peç
 catis alienis communicem in praeficie. dis malis e inceptis. A commination. A praecepte diuino. Vfsuinime |
mg deratus expedit ualeti dini, nec pol luit honuix nisi acceda abusus, aus superftitio Superstitio sa abstinen
 tia auino. |

AD TIMOTHEVM CAP. V.

luuentutem, quae et ipsa calore naturali abundat, aqua eaque interdum cocta, vti ad
 700 sedendam sitim. Et paucis admodum in vsu est vinum non dilutum aqua. Olim Romanis
 matronis vini vsus in totum interdictus, ideoque institutum, oculo excipere aduentantem

[p.118]

maritum, vt sentiretur num quae vinum olêret. Et nunc imnuptae in Gallia pletunq
abstinent vino. Multa apud veteres in commendationem huius temperantiae sunt prodita.
Plato de legibus pueris interdicit vino ad annum usque decimumoctauum, quod non
705 sit necesse ignem igni addere: inde ad quadragesimum permittit modicum: post eam
aetatem plusculum ad vitae taedium leuandum. In summa, usus uini non dannatur, modo
temperate sumatur. Augustinus modico vino lubenter vtebatur, ratus eo acui ingenium.
Atque habet sine dubio vinum mirabilem medicandi uim, magnusque eius ad tueidum
ualetudinem usus est: qua de re Aegineta in praeceptis salubribus cap.95. Qui sa nitati
710 studet, quanta sit uini potentia, ignorare non debet. Plinius hbus 23.cap.1. idem docet:
Idem liber 14. cap22 ostendit, quantum incommodet, si immodice sumatur: et Paulus
Aegineta eodem capite. Paulus uero hic addit rationes ab utili et necessario petitas ere
medica. Propter siomachum tuum et crebras infirmitates.) Aegineta stomacho gratum
esse iudicat uinum qd' Paulo est acerbius. Fuluum uinum maxime ad id commendat. Et
715 cum uinum, vt ibidem dicit, calorem excitet, sanguinem reddat utiliozem, et concoctionem
a diuuet, colligi potest per contrarium, ista impediri, si quis uino in totum absteineat, ac
proinde in aegritudines facile incidere. Eccles.31. Exultatio animae et cordis uinum
moderate sumptum. Iam uero ut ad institutum regrediamur, si quis ita potu aut etiam cibo
abstinet, ut incidat in aegritudinem, hic iniurius est suo corpori, ac proinde culpandus
720 non minus, imo magis, quam si iniuriam inferret corpori alieno, uulnerando aut alias
laedendo, ut hac ratione reddat se homo ante tempus inutilem et inidoneum ad praestanda
ea, quibus uel ecclesiam uel rempublicam iuuare porerat. Vna cum uiribus corp oris
debilitatis debilitantur et uires animae. Constat ergo grauissime eos peccare, qui uel
immoderata abstinentia, ieiuniis, uigiliis, etiam studiorum laboribus et similibus sese
725 eneruant et excerebrant. Deo ista nequaquam placent, qui uoluntaria quidem, sed intra
prudentialia limites posita requirit officia et obsequia: sicut periculosum est ita indulgere
carni, ut extingatur spiritus, ita periculosum est, sic indulgere spiritui, ut extingatur
caro. Ioannes abstemius nequaquam Christo sanctior, qui uino usus est. Sed nunc ita
comparatum est, ut pauci admodum ministri ecclesiarum, uel alii, his praeceptis Paulinis
730 egeant: Potius in diuersum praeciipiendum est, ne uino sic, ut faciunt, deinceps utantur,
idque propter stomachum quidem, seilicet quem grauant, et uinum erodit, uel infirmitates,
quas abusu uini conciliant.

*Quorundam hominum peccata ante manifesta sunt praecedentia ad iudicium, quosdam
vero et subsequuntur. Consimiliter et bona ante manifesta sunt, et quae secus habent,
occultari non possunt.*

Epanaphora est seu Regressio. Regreditur enim ad id, quod dicere coeperat, cauend
um uidelicet, ne communicaret peccatis alienis, inidoneos eccleslis praeficiendo. Ac
735 uidetur latêre occupatio. Nam ubi Timorheus dixisset forte, qui possum cauere, quan do
ignoro, quales homines sint, et mihi non constat de alienis peccatis? Respondet Paulus:
ideo, inquit, dixi, ne cui cito manus imponas, neue communices peccatis alienis. Nam
uaria et fallacia sunt hominum ingenia. Quorundam peccata et enormis uita manifesta
sunt, praecedentia ad iudicium, et sam ante nota, ut possis in tempore iudicare, tales
740 nequaquam praeficiendos. Quosdam uero subsequuntur, quia uidelicet sic malitiam suam
no, runt tegere et dissimulare ad tempus, ut non nisi postquam promoti sunt, sese prodan
horrenda peccata designantes. Proinde si prioris generis hominem praeficias ecclesiae;

plane in te culpa reiicitur qui nosse potueris antea illum prorsus fuisse inidoneum, et sic peccatis illius communicas. Quod si posterioris generis hominem contingat per te promotum, est quod excuseris, nec potest tibi imputari. Nam praeuidere qualis quis futurus sit, id solius est Dei. Vt enim dicitur 1.Reg.16.Homo uidet ea quae comparent, Dominus autem intuetur cor. Hiobus 12. Dominus nouit et decipientem, et eum qui decipitur. Hinc finxit antiquitas Momum id in Deo creatore hominis reprehendisses

mg Vδοια la 1.cap.1. | mg Raio ab na tili et neces saio. | mg Apart | mg Icontraris, | mg Epanaphora. | mg Quina non fint admittendi ad ecclesiasticas fuctiones siue ad ministerium uerbi Dei. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.119]

quod non addidisset fenestras humano pectori, per quas licuisset videre, quae nam homo in pectore gereret, et num integrum et candidum foueret agnum, an potius vulpem seu lupum.1. Corinth. 12. Nemo nouit, quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in eo est. Sententia ergo est, eos, de quorum peruersis moribus manifesto constat et potest iudicari, nequaquam promouendos ad ecclesiasticam functionem: Quod si promouentur, episcopos grauiter peccare et communicare illorum peccatis. Quod si vero per episcopum promoueantur, qui antea quidem semper se bene gesserint, sed postquam euecti sunt ad munus ecclesiasticum, tunc primum incipiunt hypocritae peccata committere, episcopus non peccauit, neque communicat peccatis eorum: subsequuntur enim peccata illorum tempus illud, quo erat de ipsis iudicandum, bonine essent an mali. Itaque uocabulum iudicii non refertur ad iudicium Dei in fine seculi futurum, sed ad iudicium humanum quo examinantur homines in mundo bonine sint an mali. Ex quibus discimus, de iis, quorum peccata iam manifesta sunt mundo, libere debere iudicari, quod sint inidonei et indigni. Matth.7. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Neque potest arbor mala bonos fructus facere, neque colligunt de spinis uiam, neque de tribulis ficus. Rursus discimus eos qui mali sunt et hypocritae, tolerandos etiam in ministerio et ueros ministros esse, neque prius deiiciendos, nisi ubi certa malitiae suae signa aediderint. Sic Christus ludam tulit, per eundem signa et miracula fieri uoluit, donec ille saepe frustra admonitus et nolens resipiscere, qualis nam esset reipsa monstrauit. Tunc primum Christus aiebat illi, Ioan.13. Quod facis, fac citius: quibus uerbis non praecipiebat Christus illi peccatum, sed tantum indicauit ei Christum reiectionem ab electorum consortio. Postremo ob has causas, discimus eos diu et uariis modis explorandos, qui ad ecclesiasticam functionem sunt euehendi.

Consimiliter et bona opera ante manifesta sunt: et ea quae secus habent, occultari non possunt.

Per $\nu\tau\acute{\iota}\theta\epsilon\sigma\iota\nu$ eadem ratione iudicari uult de bonis operibus. Quidam, inquit, comprobati sunt palam et omnium testimonio boni, et si per hypocrisin tantum bene agebant, ea non posset diu celari, sed tandem manifestaretur aliqua ex parte eorum malitia. Proinde qui hoc pacto semper comprobati sunt boni, neque unquam compertum estin eis aliquid diuersum, tales sunt omni commendatione dignissimi, ac merito promouendi Sententia

satis est perspicua,

CAPVT VI

Quicumque sub iugo sunt serui, suos dominos omni honore dignos ducant, ne nomen Dei et doctrina male audiat. Qui vero fideles habent dominos, ne contemnant, quod fratres sint: sed magis inseruiant, quod fideles sint ac dilecti, qui beneficentiae participes sunt. Hec doce et exhortare.

EPISCOPVS quomodo se geret erga seruos, siue quae docebit seruos factos Christianos: Ac de officio seruorum erga dominos alibi quoque diligenter egit Apostolus, Ephes.6. Coloss.4. et 1. Corinth.7. Sermo autem est de his, qui uel natiuitate, uel captiuitate, uel alio casu ciuilitate seruiebant. Apparet autem quosdam seruos Christianos, auditis multis de libertate euangelica quae per Christum parta spiritualis est, libertas uidelicet a peccato, a morte, a diabolo, uoluisse doctrinam istam interpretari de libertate carnali, ciuili, et corporali, sicque se a suorum dominorum potestate subducere: quae res facile traduxisset et magnam inuidiam conflasset Christiano nomini: eamque ob causam Apostolus fuit diligentissimus, ut libertatem euangelicam commode interpretaretur, ostenderetque eam nequaquam tollere seruitutem eiusdem. Vnde. Corinth. 7. Vnusquisque in ea

mg Behaas humano in hac uita loquitur Apl stolus, non de iudicio in fine seculi. | *mg* mridun. | *mg* Officium seruorum fidei ergo minus. | *mg* Falsa libertatis interpretatio. |

AD TIMOTHEVM CAP. VI.

[p.120]

vocatione, in qua vocatus fuit maneat: seruus vocatus es, ne sit tibi curae. Quin etiam si potes liber fieri, potius utere. Etenim qui in Domino vocatus est seruus, liber Domini est. Idem re ipsa ostendere uoluit, quando Onesimum, quem Chusto genuit Romae in uinculis, domino suo Philemoni remisit. Euangelium siquidem non abolet eiusmodi politicas constitutiones. Caeterum videntur quidam callidi serui huiusmodi rationibus uoluisse a se iugum excutere, dicentes: Si dominus nobis est impius, merito ab eo discedimus, quia non est aequum, ut Christianus, Christi sanguine redemptus et factus liber seruiat impio. Sin pius est dominus, uel ideo iustius est discedendum, quia iniquum est agere contra quemquam imperiose, quem nouit sibi per Christum factum parem et fratrem. At Paulus hic tanquam per ἀντιςρι φωτα has rationes uoluit euertere, hoc fere pacto argumentans Domini quibus seruitis, aut sunt fideles, aut sunt impii. Si impii sunt, at ideo illi sunt honorandi, ne uidelicet nomen Dei et doctrina male audiat. Si fideles sunt, at eo iustius sunt honorandi, quia fideles sunt ac dilecti et beneficentiae compensatores. Haec breuiter est Pauli sententia. Nunc singula uerba excutiamus.

Quicumque sub iugo sunt serui.) Plenius significare uolens seruos suis dominis maxime deuotos et subiectos esse debere, sicque in obedientia cupiens ipsos retinere, dicit, eos sub iugo agere, idque metaphora sumpta a bobus, ut apparet, quibus proprie

iugu imponitur, quando ad labores educuntur, atque ut boues imposito iugo facile ad
 30 quaeuis ab aratore flectuntur: Ita homo factus seruus ad omnia facienda ab hero impellit:
 Tales itaque facti serui, suos dominos omni honore dignos ducant : τος δινε δεσπότας,
 id est, proprios, priuatos illos dominos suos: nimirum generoso animouult esse seruos
 Christianos in infideles dominos, ut uidelicet dominos suos sic aestiment, tanquam
 quibus ipsimet gene rositate animi imperare potius debeant, saltem quibus in uirtutum
 35 omni genere uelini praeferri et praeire. Quo animo legimus de Aesopo, quod cum uenun-
 daretur seruus, ro gatus quid sciret facere, respondit se scire imperare liberis. Quidam
 aiunt, quod iusserit praeconem edicere, Si quis uelit emere dominum. Aesopus emptus a
 Xeniae dixit huic, uide ut iussis meis pareas: cumque hic diceret, id praeposterum fore:
 Si medicum, inquit, emissis aeger, non illi obtemperares? Hoc itaque pacto Christiani
 40 seruisuos dominos infideles, generoso animo suos et proprios iudicabunt. Caeterum
 multum exigit Apostolus a Christianis seruis, quando ait, dominos suos Omnihonore
 dignos ducant: non dicit simpliciter, honorent eos, sed praeterea dignos ducant honore:
 deinde etiam, Omni honore: existiment reuera deberi illis honorem ceu dignis. Per
 honorem autem hunc omnia officia humanitatis, et ciuilibus subiectionis intelligi conuenit:
 45 neque uult Apostolus ullum huiusmodi officium a seruo Christiano relinqui.

Ne nomen Dei et doctrina mase audiat.) Ratio ab inconuenienti, quod ex negle cto
 officio sequeretur. Sane si post fusceptam religionem Christianam serui ull redderentur
 insolentiores praefractionesque, ubi antea fuerant modesti et morigeri, hanc mutationem
 in deterius protinus imputabunt nomini Christiano et doctrinae euangelicae, statim
 50 omnes uno ore pessime de ea iudicabunt, ac dicent, perniciosam esse doctrinam, quae
 sic etiam seruorum peruertit animos. Imo si quid an plius auderent serui, iudicium ullum
 proferendo de paranda sibilibertate, iam pla ne seditionis reum peragetur Euangelium, et
 in perniciem omnium piorum im pii coniuurabunt. Quae mala ne eueniant, aequum est, ut
 serui Christiani dominos suos etiam infideles honore dignos existiment. Nec leue malum
 55 est, id committere, propter quod male audit statim uniuersa religio, et quam plurimi
 ab ea alienantur, quos magis decebat nostra modestia et officiositate ad amplectendam
 religionem nostram allicere. Vnde Roman. 2. Apostolus exprobrat Iudaeis, quod nomen
 Dei propter eos male audiret inter gentes. Contra magnis laudibus dignissimum est, et
 ad gloriam Dei propagandam conuenientissimum, si quis ita uitam moresque instituat, ut
 60 etiam hostes mirari, laudare, approbare religionem cogantur. Vnde si modeste et benigne
 et liberaliter seruiant serui suis heris infidelibus, feri

mg ubertate Christiana non tollitur seruius cus lis. | *mg* Dilemma. Anabaptista rum argumentum. | *mg*
 Argumentem ab muersione. | *mg* Metaphora a bobus, | *mg* Cbristiani infidelibus etiam dominis seruire
 tenentur. | *mg* Emphasis onn. | *mg* Ab inconuenienti. | *mg* Ruangetis male audit propter seruorum
 iuobedientiam et improbitatem. Scandalum. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

potest vt heros suos Christo lucrifaciant: quae res foret ad nominis Christiani et de:
 ctrinae gloriam.

Qui vero fideles habent dominos, ne contemnant, quod fratres sint, sed magis in-

[p.121]

65 seruiant.) Egit de seruis, qui nacti fuerant dommos infideles, nunc de iis qui nacti fideles. Hi ergo non debent contemnere suos dominos propterea, quod ratione fidei fratres et pa res coram Deo facti sunt, eundem patrem coelestem inuocantes in eodem spiritu, eiusdem filii Iesu Christi fratres facti et cohaeredes. Ista quidem recte sicse habent coram Deo et in spiritu. Galat.3. Quandoquidem in Christo non est mas neque foemina, 70 neque seruus neque liber, neque Graecus neque Iudaeus. Ac coram mundo interim manet conditio externa et ciuilis, neque magis ex seruo fiet per religionem liber, quam ex ma re fiet foemina. Itaque ius, quod per politiam antea consecutus est herus in seruum, nequaquam tollitur per religionem Christianam. Ac proinde non habet Christianus seruus, quod contemnat suum herum eo nomine, quodis quoque sit Christianus et fidelis. 75 Imo hoc nomine, magis, promptius, diligentiusque ei inseruiet. Vnde sequitur ratio per inuersionem: quasi diceret: Contemnere vultis dominos quia fideles? Imo, ideo, inquam, pluris eos facietis, quod fideles sint. Fides communis debet animorum affectus copulare: Si seruus nollet se contemni ab hero, quod ipse esset fidelis: iniquum est, quod seruus contemnet herum, quia similiter est fidelis. Et si quae mutatio in melius 80 facta est in seruo, per religionem, par quoque mutatio contigit in hero per religionem: quare sicut, quod ad internam uitam et spiritualem attinet, omnia videntur inter seruum et herum facta paria: ita, quod ad externam et spiritualem uitam attinet, omnia priora manent paria: tantum mitius, modestius, hilarius, candidius, quam antea, erga inuicem sese gerere herus et seruus poterunt. Huiusmodi mutatio ratione religionis exterius 85 potest sieri, alia non. Et si iudicare non potes aliter, quam aequum esse, vt seruias domino tuo, si foret infidelis, quanto aequius est, eidem seruias sam fideli? Sed alia adhuc mouere animos seruorum possunt: quod fideles sint, ac dilecti. Vbi nos habemus dilecti, Graece legitur γαρηροι, a verbo αγαπάω, quod significat diligo, bont consulo, contentus sum, acquiesco alicui rei. Et Hieronymus in epistola ad Philemonem, dicit 90 αγαποτον significare dignum qui diligitur. Proinde inspecta significatione vocabuli, cum heri fideles facti sint γαροτι id est, dilecti et vere digni qui dilignantur, cum etiam facile contenti sint minusque morosi, et boni consulant ea quae fiunt, nec non lubenter acquiescantiis, quae recta sunt et honesta: plane aequissimum, talibus ex animo morem geri, ac nullo modo veniunt contemnendi. Atque indicat istud verbum, quod seruus iam 95 non amplius seruilli metu debeat Christianum herum suum reuereri et obseruare, sed magis beneuolus et amico animo omnia facere, sicut ipse herus quoque non amplius herili saeuitia est vsurus: tantum nimirum in vtroque efficiente religione et fide, per charitatem non fictam.

Qui beneficentiae participes sunt.) Tertia ratio adiecta, ob quam decet illis per omnia 100 obedire. Eorundem beneficiorum Dei participes sunt, videlicet gratiae et uitae aeternae propter Christum promissae et exhibitae. Si itaque fidelibus eadem beneficentia Dei com munis sit, non est quod quisquam fidelium alterum contemnat, multo minus, quod seruus quispiam fidelis vilipendat suum herum fidelem. Caeterum quae hic dicuntur de officio seruorum Christianorum, erga heros suos siue fideles siue infideles, accipi debent 105 in genere de officio quorumcumque Christianorum erga suos magistratus, siue fideles siue infideles.

Hac doce et exhortare.) Breuis et grauis Conclusio, qua praecipit ea omnia, de quibus hactenus disseruit, sedulo et magna cum diligentia inculcari. Nihil relinqui debet intentatum ab episcopo, vt suorum animos in sana doctrina confirmet. Docere debet 110 cum summa autoritate eos, qui sunt ignari: et exhortari debet cum summa modestia eos,

qui iam cognitionem aliquam sunt consecuti.

Si quis aduersam sequitur doctrinam, et non accedit sanis sermonibus Domini

mg Aminon. maiut. | mg A condul ne immut. bili. | mg Fides animos bomil consociat. Apari. | mg
A minori. | mg Quanta of cia heri de beant seruis et serui hi ris, si fides utrosque per chartatis spiritum
obuget. |

AD TIMOTHEVM CAP. VI.

[p.122]

nostri Iesu Christi, et ei, quae secundum pietatem est, doctrinae, is inflatus est, nihil sciens, sed insaniens circa quaestiones ac disputationum pugnas.

Ad animum Timothei confirmandum, magisque excitandum, instituit orationem con-
tra hypocritas et pseudoapostolos, tanquam si dicat: Bono sis animo Timothee: Auda
115 cter perge docere, uti et alias ex me audisti, et hac epistola iam perscripsi. Quod si qu
aliud doctrinae genus exigant, uel nonnulli aliud proferant, et hanc doctrinam, quam
tradidi, miris artibus impugnent atque opprimant: tu interim nihil moueare, sed potius
contemnito illos ut inflatos, turgidos, uanos, insanos sophistas, seiungere ab illis.

Si quis diuersam sequitur doctrinam (τις τεροδιδασκαλα.) Est autem ετεροδιδασκαλου,
120 uel dillersam doctrinam amplecti, ut et ad praeceptores et ad discipulos referri queat.
Ac sine dubio iam amodo multi huiusmodi falsi doctores et discipuli irrepserant in ec-
clesiam Ephesinam: sicut et Act. 20. Apostolus futurum praedixerat: ac propterea merito
contra tales Apostolus hic grauissime disserit, eosque suis depingit coloribus, acuitandos
docet.

Et non accedit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi.) Doctrinam quam
125 exposui hac epistola, uocat sermones Christi, quia nimirum tota a Christo est tradita,
neque usquam uel latum unguem discedens a Christo, ideoque merito ei adhaerendum.
Vocar autem Christi sermones sanos υγιαίνος, id est, sanos et falubres, ab utilitate eos
commer dans, ut tanto auidius eos amplectamur. Hinc dicit Sapientia prouerbus 8. Iusti
130 sunt sermones mei, non est in eis prauum quid neque peruersum.

Et ei quae secundum pietatem est doctrinae.) Per interpretationem, cuiusmodi sint
sermones Christi exponit: uel obliquem perstringit doctrinam de exercitatione corpo-
rali: nem huic paulo ante pietatem opposuit. Saltem intelligit per doctrinam secundum
pietatem, eam, quae est de fide et charitate, in quibus commendandis non solum haec
135 epistola, uerum omnia scripta Pauli uersantur. In summa igitur, qui ueram pietatem
nequaquam docet, uel accedit alteri, is inflatus est, nihil sciens: En quibus titulis eos
ornat. Inflatus est, quamlibet doctus appareat, et sibi et imperitis suis sectatoribus: quam-
libet splendeant omnia coram mundo, quae dicit et facit: sit licet sapientia carnali seu
mundana optime instructus: at si quod uerum est licet dicere, ac simpliciter respicimus ad
140 ueram ac diuinam philosophiam euangelii, talis nihil scit. Scientia sine char. tate inutilis:
quia 1. Corinth. 8. Scientia inflat, charitas aedificat. Verascientia pacifica et modesta est,

arrogantiam nescit: contra inscitia siue opinata scientia, qua quis praesumit et falso credit se scire, quae reuera ignorat, talis inflat. Inflat non possunt habere veram scientiam, quia, vt I. Petris. dicitur, Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam. Sed insaniens circa quaestiones et disputationum pugnas:) νοσ ν significat aegrotantem, a verbo νοσέω, ac refertur ad animum, ideoque interpres nobis reddidit insanientem. Mente sani non sunt, dum sese sicinuoluunt quaestionibus et disputationum pugnis ut nunquam possint se extricare. Ac verem languent, vbi in cetta ac solida doctrina fi dei nequeunt consistere, neque habent, quo se sustentent, quamdiu vt dubii et animo deficientes in scabie quaestionum volutantur. Quibus fides deest, illis necessario inest mira animi aegritudo. Et si tales sunt ipsi doctores ac medici, id est, aegroti, quomodo hialios curabunt? Curent semetipsos prius ab aegritudine animi sui, ac tum conentur mederi aliis. λογομαγίαe sunt et verborum et disputationum pugnae. Huiusmodi itaque animo languentes sunt omni studio deuitandi, quia plurimum obsunt veritati, aliud docent praeter pietatem, et quaestiones inutiles, imo noxias et periculosas obrudunt. Et omnibus seculis aliqui sunt inuenti, multi quidem ex Iudaeis, (Galat. 1. Si quis uobis praedicauerit Euangelium praeter id, quod accepistis, anathema sit.) et philosophis tempore Apostolorum: deinde haeretici diuersi, qui quaestiones et λογομαγίας excogitarunt innumeras, vix seipsos intelligentes. Monstrosae mentis monstrosa est ratio: et non possunt ex insana mente alii quam insani sermones proficisci, verborum pugnas excitantes. Stoici accusantur inter philosophos, quod verba inusitata consinxerint, ut προγγμυνα et αποπρογγμυνε, allaque eiusmodi. Valentinus

mg Oratio contra hypocritas et pseudopostolos. | *mg* Μαα- πκαλδς qd. | *mg* 1. v. fus. Doctrina Christi est sermosanus, ad antmae sa diens. uio ab vtilitate. 2. v. fus doctrinaesanae a causa formali. lutem expeCommenda | *mg* Doctrina se cundum pietatem est do Arina fidei et charitatis. | *mg* Metaphora a corpore ad arimum. | *mg* curateipsum. Fidei destitutio animi parit aegritudinem. A prouerbio. Medice |

IN I. EPIST. D. PAVLI. IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.123]

excogitaust quadrigas α ων ων: Alii alia absurdissima sunt commenta. Et nostro seculo, qualia ipsi aliquando audiuius, in theologorum scholis ueluti Scotistarum realitates obiectiuas et subiectiuas, vniuersalia, formalitates: tum ridiculas quaestiones, quas longum foret et inutile recitare: Licet ea uidere in quorundam scriptis, quae adhuc alibireperiuntur. Omnia autem a uera pietate aliena, et ab Apostolo hic damnata: Et merito: Nam sequitur:

Ex quibus nascitur inuidia, contentio, maledicentia, suspiciones male, superuacaneae conflictationes hominum mente corruptorum, et quibus adempta est veritas, qui existimant quaestum esse pietatem. Seiungere ab his, qui eiusmodi sunt.

Deteltatur logomachias, argumentis sumptis a periculoso et damno: oster ditque' per congeriem malorum inde enascentium genera. Sic autem mala haec proueniunt. Scientia opinata adducit fastum, reddit inflatum: qui inflatus est, contemnit mox alios prae se: contemptus iste parit inuidiam: Inuidia excitat contentiones et rixas: E rixis erumpunt

conuicia seu maledicentia: Ab his nascuntur suspiciones malae et machinationes: Sic denique immortale odium et nunquam remittendae conflictationes fouentur ac retinentur.

175 Suspiciones: πόνοιαιε ποσοηραε.) ὑπόνοια significat suspicionem, praeterea et superbiam, confidentiam, Item allegoriam siue siguram, qua aliud dicitur, quam audiens expectabat. Nonnulli interpretantur suspiciones malas, impias suspiciones ac dubitationes de rebus diuinis, quae tunc oriuntur in animis, dum singula, quae ad pietatem
180 pertinent, vocamus in dubium, ita vt modo hoc, modo illud suspicemur, ac tandem quo diutius cogitauerimus, eo minus certi habeamus: Id quod Simonidi accidit, qui rogatus ab Hierone Tyranno, vt quid Deus esset definiret, impetrato aliquot dierum ad cogitandum spacio, tandem respondit, se minus deprehendisse, quam antea. Vt Cicero liber de natura Deorum 1.

Superuacaneae conflictationes.) παραδιατριθα. διατριθα sunt congressus et
185 disputationes philosophorum: addita praepositio facit significari inutiles et superuacaneas. Merito vero superuacaneae et inutiles, quia frustra quaeritur cognitio eius rei, per spinosas quaestiones et verborum ambages, quae compendiose et simplici oratione veritatis satis cognosci potest: si tamen talis sst, quam cognoscere sit necessarium. Nam si non sit cognitu necessaria, superuacaneum quoque est de ea inquirere. Itaque multis
190 nominibus ceu multorum malorum causae improbantur quaestiones et λογομαχίαε. Vbi animus promptus est ad cognoscendum veritatem, nihl opus est argutiis, sed sufficit simplex veritatis oratio. Argutiae laedunt et obscurant potius, quam explanant vel illustrant. Illius tantum est quaerere et quaestiones mouere, qui dubitat. At vera fides nihil dubitat: quare nec agnoscit quaestiones. Et praecipua religionis mysteria praestat nude,
195 vt proponuntur, credere, quam scrupulosem vocare in quaestionem. Non damnabitur quispiam quia nescit in totum qualis sit natura Dei: quomodo Deus pater genuerit filium, etc. Sed damnabitur, si non humiliter credat, Deum esse simpliciter optimum potentissimumque: si non credat, filium ex patre genitum, Spiritum Sanctum ex utroque procedentem: etc. Hoc ipso nomine quod quaedam inquiris, ostendis te dubitare, et fidem
200 tuam ceu imperfectam prodis, et accusas, et damnandam prostituis. Quid quod quaedam vt maxima diligentia inquirantur, eō sunt intellectui nostro minus peruestigabilia? Ac Deus certo consilio, ut nimirum fragilitatem nostram semper agnosceremus, quaedam latere nos uoluit. Prouerbus 25. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Ergo in sua aumenius, quaerentem, quod cogitum eit meecharmam, mmuthlitaicia Hetitquod
205 inuentae facit credere, creditam facit diligenter obseruare. Quicquid ultra hos limites quaeritur, curiositatis est, non necessitatis, et maiore fructu ignoratur, quam queritur: ut non dicam, quod intelligi fortassis non potest: aut, si putes te intelligere, intelligis tamen inutiliter, et multa mala ex curiosis quaestionibus tuis enascuntur. Sed sequitur adhuc altera improbatio quaestionum et logomachiarum, a qualitate personarum.

mg Argumen a periculo so. Enumerati malorum enascentium ex opinata et fasa se entia | *mg* Simonides Deum defitire nescit. | *mg* Derebus e gnitu necessaeis disputationes in situendae sunt Christi anis. | *mg* Graio uer tatissimiles excludit argutias. Quenan de Det natura sint abscon dita homin intelligentiae Quaena co gnitu ad sali tem necessa ria. Mysteria recondita. |

AD TIMOTHEVM CAP. VI.

[p.124]

210 Hominem mente corruptorum, et quibus adempta est veritas.) Saepem ex conditione
doEtorum solet eorum doctrina aestimari. Sed neque verosimile est, eos sanum aliquid
posse tradere, qui ipsi mente sunt corrupti. Si corrupta est eorum mens et conscien-
tia: Igitur et corruptum est siue ad corruptionem tendens, quicquid ipsi in medium
proferunt. Et cum ne in philosophia humana quidem rectem statuere possint, nisi
215 qui integra et sana sunt mente, quanto minus id hi facient in philosophia diuina? Sec quid
faciant quibus adempta est veritas? Nimirum altercando amittitur veritas, inquit ille.
Iraque hi dum multitudine quaestionum omnia videntur velle intrestigare, tandem hoc
consequuntur, vt nihil certi retineant, imo vt amittant veritatem, si quam prius habuerint.

Qui existimant quaestum esse pietatem.) Videtur tribus de causis improbare falsos
220 doctores: a malignitate ingenii: ab ignorantia veri: et tertio ab auaritia. Ac reuera
comprehenduntur his tribus omnia, quibus solent homines ad falsam doctrinam serendam
moueri: Sed latissime regnat auaritia, a qua Apostolus ostendit se semperalienissimum,
prout atque vnumquemque cuangelicum doctorem decet. Nam vna haec fere nota est
certissima, qua verum doctorem a falsis discernere queas. Falsi doctores existimant
225 quaestum esse pietatem: quicquid ad ipsorum lucrum facit, nouerunt id interpretari
ceu pertinens ad cultum Dei: Sophistico lenocinio persuadent hominibus, quicquid
sentiant sibi suoque ventri vtile: de quibus dici potest illud Sapient. 15. Existimauerunt
lusum esse vitam nostram, et conuersionem vitae compositam ad lucrum, et oportere
vndecunque etiam ex malo acquirere. Aetas nostra habuit harum imposturarum certiora
230 et plura argumenta, quam vt opus sit copiosius hac de reagere. Contra auaritiam autem
doctorum, tum prophetae, tum Christus, tum Apostolus, commemorans suos labores,
creberrime sunt concionati.

Sciungere ab his qui etusmodi sunt.) Non opus est callidas eorum quaestiones
dilsoluere, id quod philosophi quoque nonnulli satis animaduenterunt, irridentes interdum
235 potius absurda paradoxa et dilemmata captiosa, quam dignantes respondere Neque
etiam contra mente corruptos, et a ueritate alienos auarosque; sophistas verbis est
contendendum, et clauus clauo fundendus. Sed hoc faciet pius minister verbi, suosque
vtidem faciant, admonebit, postquam aliquoties viderit se frustra monitorem factum!
neque spem superesse, ad meliorem frugem reuocandos hypocritas, ipse eos vitabit,
240 nevel ipse uel sui ab eis tanquam contagiosis pecudibus inficiantur Grex totus in agris,
Vnius scabie cadit et prurigne porci. Quibus nocere nequa quam volumus, sicuti nec
aequum foret, id saltem vel nostri caussa est faciendum, nos ab eis seiungemur. Tit.3.
Sectarum autorem hominem post vnam et alteram admo, nitionem fuge, sciens quod
euersus sit qui eiusmodi est, et peccet per se damnatus. Pro uerbus 2o Honor est homini,
245 qui se separat a contentionibus.

Est autem quaestus magnus pielas cum animo sua sorte tontento. Notans hypocritas
et falsos doctores auaritia, dixit, eos existimare, quaestum esse pietatem. Proinde parans
nunc se ad disserendum contra auaritiam ministris verbi maximopere uitandam, statim
per inuersionem siue *ντίρρέφοϋ*, dicit, ipsam pietatem esse quaestum, maxime cum
250 adiacet animo, qui sua sorte contentus esse norit, qualem animum et ipsa pietas ef, tilitas.
ficit. Et uere ita est. Nam ex pletate utilitas prouenit et ad ipsos, qui eam habent, et
ad alios qui ab his per Charstatem adiuuantur. Quaestus autem quantum confert uni
auaro, tantum aliis inique detrahit, si tamen ipsi auaro aliquid confert. Et pietas habet

255 promissiones uitae praesentis et futurae, quod semel dictum est. Pietas itaque nouit
 uni Deo fidere, statuereque sibi nihil defuturum, neque in hac uita, neque in altera: ac
 proinde nequaquam sibi inhiandum terrenis et fluxis istis opibus. Atque ita facile reddit
 ipsa animum sua sorte contentum, vtneque praesentia bona, quae obueniunt, fastidiat,
 neque absentia ualde anxie desideret. Sic autem ipse Apostolus dese Philipp.4. Ego
 260 didici in quibus sum, iis contentus esse: noui et humilis esse, noui et excellere, ubique et
 in omnibus institutus sum et saturari et abundare et penuriam patl, omnia possum per
 Christum, quime corroborat-Prouerbm. Qui

mg u **4t4 4 Raict personarti. Qui mente sunt corrupti. ii nihil. sanum trade Le ualent. A minore | *mg*
 mmooë causis falsi; doctores tiprobantio. L Ingenii ma lignitas. 2. Ignoraiio ltert. I. Auaritia. Sora falsotum
 doctorum. | *mg* uauritia religioni nihil est perniciosius. | *mg* Clauum clauo tundere. | *mg* Praeceptum,
 quod tenebit minister uerbi contra hypocritas. Prouerbium agrege. | *mg* Pietatis utilitas. |

I N I. EPIST. D. PAVL I

[p.125]

confidit in diuitiis suis corruet, iusti autem quasi virens folium germinabunt. Neque
 quenquam destituit Deus, nisi qui sibi ipsi deesse velit. Psal.36. Non vidi iustum
 derelictum, nec semen eius quaerens panem.1. Petri5. Illi cura est de vobis. Matth.6.
 265 Videte volatilia coeli, quia non serunt, neque metunt, neque conuehunt in horrea, et pater
 uester » coelestis alit illa. Cognoscite lilia agri, quomodo crescant, non laborant neque
 nent: » Attamen dico vobis, ne Solomonem quidem in vniuersa gloria sua sic amscutum
 fu» isse, vt vnum ex his. Ibidem. Nouit pater vester coelestis quod opus habeatis his
 omnibus. Quin potius quaerite primùm regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia
 270 adiiicientur vobis. Praeterea animaduertit pietas, diuitias quodammodo obesse potius,
 quam prodesse. Nam Christus alibi eas interpretatur spinas Luc.8. Et Marci 1o. ait,
 facilius Camelum per foramen acus ingredi, quam diuitem in regnum Dei. Et Eccles.
 31. Qui aurum diligit, non iustificabitur. Prouerbus 28. Melior est pauper ambulans
 275 in simplicitate sua, quam diues in prauis itineribus. Psal.36.Melius est modicum iusto
 super diuitias peccatorum multas. In summa, tametsi Abraham, Daud, et quidam alii
 diuitias cum pietate obtinuerint, tamen paucis admodum id datum est: et pietas senper
 nouit sua sorte contenta esse, id quod opes non norunt. Grauiissime itaque peccant illi
 ministri verbi, quibus persuaderi nequaquam porest, pietatem esse quaestum, id est,
 abunde sufficere omnia, neque quicquam ei deesse posse, cui adsit fides et charitas.
 280 Pudeat, pudeat illos nominetenus Christianos, quibus, quod ad hanc rem attinet, quidam
 ethnsci rectius sapuerunt. Praeclare definierunt Stoici, Solum sapientem esse diuitem,
 videlicet quod nihil concupiscat. Et apud Ausonium Bias: Quae nam summa boni?
 Mens quae sibi conscia recti. Quis diues ? Quinil cupiat. Quis pauper? auarus. Horatius
 etiam eleganter disputat sermonum liber 1. Saryra prima. Qui fit Mecoenas, vt nemo
 285 quam sibi sortem, seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa contentus viuat, etc. Seneca
 item ad Lucilium epistola no, et alias saepe. Sed idem Apostolus diserte adiicit.

Nihil enim intulimus in mundum, videlicet nec efferre quiequam possumus: sed habentes alimenta, et quibus tegamur, his contenti erimus.

Sequuntur argumenta a quaestu abducentia et suadentia, ut sua quisque sorte contenti
simus: hic vero duplex ratio proponitur: altera a miseria humana in nariuitate et in morte:
altera est a naturae sufficientia, quae paucis contenta est. Primum vt conditi sumus,
290 miseri sumus, nudi, omnium egeni : pari conditione hinc emigramus: quid igitur medio
tempore vitae, quod exiguum est et incertum, tem anxie incertis et fallacibus diuitiis
corrogandis inuigilabimus? lobus 1. Nudus egressus sum de utero matris meae, et nudus
reuertar illuc. Iobus 27. Diues cum dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos
et nihil inueniet. Eccles.5. Noli anxius esse in diuitiis iniustis, non enim proderunt
295 tibi in die obductionis et uindictae. Sola pietas nos a morte comitatur: Ei ergo potius
intendendum, quam fluxis opibus, quas hic debemus velimus nolimus relinquere, neque
post hanc vitam iuuare queunt. Certe si habeamus communi vitae necessaria, id satis
pio animo esse debet. Natura paucis contenta est: quae obtingunt supra necessitatem,
superuacanea sunt, subinde noxia, abusus et luxus caussa. Idcirco apostolus ait,
300 Sed habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti erimus.) Partitur in duo, omnia,
quae sunt nobis in hac vita necessaria, quibus contenta est natura: videlicet in alimenta.
et vestimenta. His duobus potest vita, sanitas, caeteraque conseruari: et qui haec habet,
habet vnde viuat. Eccles. 29. Initium vitae hominis aqua et panis, et vestimentum et
domus protegens turpitudinem. Proinde, vt paucis concludamus, commendatur hic nobis
305 studium pietatis, et cum pietate colenda frugalitas, quae cum omnibus, tum Christianis
in primis debet merito esse commendatissima. Quanta credis mala inuehi per abusum
opum, per tantum denique in vestitu et victu non necessarium appara ta Vt non immerto
ettam ethnicileges vestiaras, sumptuariasque tulerint: quas vereor

mg Pxraxe Solus Sapiens diues. | *mg* quibus de2. Ratio a miseria con ditionis. | *mg* Agunenta | *mg*
bortatur pi os ab auari tia. | *mg* 2 Ratio a Naturae suffi centit. |

AD TIMOTHEVM CAP. VI.

nimum etiam necessarias multis Christianis. Vide apud Suetonium. Et quam multi ne
310 ipsi quidem uti uel abuti opibus suis audent, solis ingratis et dilapidatoribus haeredibus
diuites, sibi vero miserrimi et iniurii?

[p.126]

Caeterum qui volunt ditescere, incidunt in tentationem et laqueum, et cupiditates multas, stultas ac noxias, quae demergunt in exitium et interitum.

Argumenta a periculoso per Enumerationem. Enumerat enim diuersa et grauia pericula,
quae quaestui deditis eueniunt.

315 Qui volunt ditescere, inquit, incidunt in tentationem et laqueum.) En primum pericu-
lum nequaquam leue aut contemnendum.

Oue volunt, inquit, ditescere.) Non simpliciter, qui sunt diuites.. Nam diustem esse
id quidem per se malum non est, sed res media, utilis bene utentibus, ut patet de sanctis,

Abrahamo multisque aliis, qui praeterea quod non excludantur a salute, id argumento
 320 est, quod post pauca subiungit Apostolus, quid Timotheum uelit praecipere diuitibus ut
 salui fiant: sed diuitem uelle fieri cum non sis. Ita ut uelle significet hic, ualde appetere,
 per fas et nefas conari, omne studium in hoc ponere, ut ex pauperibus diuites fiant: sicut
 apud Satyricum: Nam diues qui fieri uult, Et cito uult fieri: sed ascribam uersus: sic
 autem de auaritia loquitur:

*Inde fere scelerum causse, nec plura venena Miscuit, aut ferro grassatur sepius vllum
 Humanae mentis vitium, quam seua cupido Indomiti census. Nam diues qui fieri uult, Et
 cito uult fieri, sed quae reuerentia legum, Quis metus aut pudor est vnquam properantis
 auari?*

Habere opes, honestis artibus eas seruare, paulatimque augere, non est malum, seq cum
 325 habeas, eas immodice amare, uel, cum non habeas, quascunque rationes etiam iniquas
 inire, ut illas pares. Nam Eccles. 10. dicitur: Nihil est iniquius, quam amare pecuniam
 Ecclesiastes cap. 5. Qui amant diuitias, fructum non capient ex eis. Et uix fieri potest, ut
 qui eis parandis ampliandisque; intendit animum, pariter seruare queat uera pietatem.
 Matth. 6. Nemo potest seruire Deo et Mammonae. Et Matth. 16. Quid prodest homini,
 330 si mundum uniuersum lucretur, animae uero suae detrimentum patiat? Itaque cum
 sine detrimento animae uix parentur: rectem dixit Apostolus: Eos, qui dicesce reuolunt,
 incidere in tentationem et laqueum. Solet autem scriptura per tentationem et laqueum
 intelligere grauissima pericula, quae a Diabolo et mundo imminet: Siquidem diabolus
 est qui tentat excitatque ad male agendum. Vnde Matth. 4. Diabolus antonomatice
 335 uocatur ille qui tentat. Et tentat ipse plerumque per mundum et ea quae in mundo sunt.
 Tentat itaque diabolus eos qui dicescere uolunt, suggerens eis, ut parandarum opum
 gratia perfide agant, famudent, peccent, furentur, iniurias inferani quibusuis, quacunque
 ratione: in summa, nullum flagitii genus praetermittant. Quid non mortalia pectora
 cogis, Auri sacra fames? Adhaec perpetranda qui plus quam mille machinis impelluntur,
 340 sanem grauitentantur, et in laqueum damnationis incidunt, unde se nunquam possint
 extricare. Et cum diabolus habeat innumera tendicula ad decipiendum, non facile potest
 quisquam laqueos eius euadere, et tentationis bus resistere, praesertim ubi quis cor habet
 auaritia intectum, quod facilem uelit omnibus suggestionibus eius consentire. Exemplum
 in Iuda, cuius auaritia pro origine prodicionis et omnium scelerum in Euangelio notatur.
 345 Vnde addit, quod incidunt in cupiditates multas, stultas ac noxias. Vbi diabolus eos
 nunquam desinit tentare, tandem quaeuis cupiunt perficere, quae ille suggerit. Atque hae
 cupiditates stultae sunt, nec hoc solum, uerum etiam noxiae. Vnde et diues ille stultus
 appellatur Luc. 12. cum diceret: Anima, habes multa bona reposita in annos multos,
 requiesce, comede, bibe, gaude: dixit illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt
 350 abs te. Quae uero parasti, cui ec cedent? Sic qui recondit sibi, nec est erga Deum diues.
 Et prodigalitas diuitum, e

mg Arote4x diuitum in uundo. Decupatio. | *mg* in diuibus parandis et seruandis quid reprehendendum.
 Difficile est questui et pietati uia studere. Laqueus pericula Satauae significat. | *mg* Diaboli uis in filiis
 buius seculi. reus saane | *mg* Ioban. u2. | *mg* Cupiditatis stultae. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.127]

incredibilis labor opes terra marique noctes ac dies venantium nonne stultitiae est argumentum certissimum ? Noxias autem esse diuitias multi testatum fecerunt. Ecclel.5. Duritiae conseruatae in malum dominisui. Et fere solet eis, qui iniuste opes parant, calamitosus exitus euenire, siue in hac vita siue in altera, vt patet de diuite epulone
 355 Luc. 16. Et sicut, cum eas pararent, omnibus insidiabantur, ita ipsis postquam pararint eas, omnes vicissim insidiantur. Vnde recte dixit philosophus ille rogatus, cur aurum palleret, id fieri, quia omnes ei insidiantur. Saepe ingratus et dilapidator suca cedit haeres. Araneae labori in texenda tela quae mox frangitur, similis est labor diuitum in congerendis opibus. Sicut hydropico, quo plus sunt potae, plus sitiuntur aquae. Et sicut
 360 in scabioso frictio excitat frictionem: ita in auaro

Interea pleno cum turget sacculus aere

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Quid opus est ad breuem vitam, et ne vnus diei certam, longis et multis et fluxis, similiter vnoque momento furto interdum perituris opibus? Vt autem cupiditates illas supra modum noxias ostendat, addit ueluti per incrementum et ualde αφαρτικος, quod
 365 demergunt hominem in exitium et interitum. Βυδίζοσι: uerbum Βυβιτα, demergo, in profundum eo: Estitaque metaphora sumpta ab iis, qui aquis obruuntur: qua significatur, auaros plane perire, fine ulla salutis spe. Sicut iis, qui in mediis aquis sunt, imperiti natandi, nulla spes affulget auxilii. Certissimum ergo imminet exitium omnibus, non solum ministris uerbi, sed quibuscunque aliis, qui quaestui dediti fuerint. Sequitur
 370 amplificatio periculorum, habens adiunctum exem plum siue argumentum ab experientia.

Siquidem radix omnium malorum est studium pecuniae, quam quidam dum appetunt, aberrauerunt a fide et seipsos implicauerunt doloribus multis.

Quasi dicat: In summa, quoniam difficile esset enumerare omnia mala et pericula, quae ab auaritia proueniunt, ipsa est omnium malorum radix et origo. Sicut enim ex radice prouenit truncus, rami, fructus: Ita ex auaritia omne malorum genus enascitur. Permetaphoramitaque, quam Cicero uocat breuem Similitudinem, auaritia dicitur
 375 malorum radix. Simili figura dixit quidam φιλαργυριαν μητροπολις πάσης κα- κίας. Rectissimem autem φιλαργυριαν reddidit interpres studium pecuniae, significans exprimensque affectum illum amoremque erga pecuniam, quem Graecauox euidentius significat, quam Latina uox auaritia. Adiicit eius rei probationem quandam ab experientia?

380 Quam quidem dum appetunt, aberrauerunt a fide, et seipsos implicauerunt doloribus multis.) Paueis significat, compertum esse, quod qui pecuniis auide inhiarunt, aberrarint a fide, mala sibi accersiuerint etiam spiritualia et coram Deo: deinde etiam dolores et pericula externa coram mundo. Sicut pieras habet promissiones uitae futurae et praesentis: Ita e contrario auaritia habet adiuncta pericula uitae futurae et praesentis.
 385 Exempla sunt de Pseudoapostolis et hypocritis, qui quaestum putauerunt pietatem. Ac reuera fieri non potest, quin qui auide intendunt lucro, ueritatem peruertant, dissimulando multa in gratiam diuitum, a quibus speratur praeda: multa item proferendo quae credunt

illis profutura. Quod qui faciunt, necessum est eos a fide aberrare, Christum negare,
 ut mundo placeant, ueritatem imminuere ut suam commendent falsitatem. Vbi autem
 390 a fide aberrant, quae est salutis ancora, quid aliud possunt, quam in omnibus, quae
 sunt religionis, fluctuare tandemque et mergi? Ideo alibi dicitur auaritia idololatria.
 Colos.3. Rursus autem ubi a fide aberrant, Deum deserentes, et a Deo deserti, quomodo
 sperent successus in hoc mundo? Itaque implicant se multis doloribus, curis, molestiis,
 cursitationibus, laboribus se conficiunt, et dum in conscientia quietem non possunt
 395 habere, multo minus obtinent eam foris. Ita enim paratum est, opes magnis laboribus
 acquiruntur, ingentibus curis retinentur, summis doloribus amittuntur. Huc pertinet ilud
 lobus 20. Cum fatiatus fuerit diuitiis, arctabitur, aestuabit, et omnis

mg Cpsutxe noxiae. | *mg* Aurum cuius palleat. Possessionis incertae. A simili. | *mg* Vitabreuis et incerta
 multis opibus non indiget. | *mg* Danum creant diuitiae cupidus. | *mg* Metaphora a periculis in
 aquis. Ione - | *mg* Amplificatio periculis ab experientia. | *mg* Metaphora ab arboribus | *mg* sumpta
 siue a radicibus plantarum. Auaritia in torum radix. οὐκ ὀφείλει Ab experientia. A contrario, siue a dissimili.
 Auarorum o pseudoapostolorum de trina peruersa. Poeculae auarorum. |

AD TIMOTHEVM CAP. VI.

[p.128]

dolori uet in eum. Volo id a diuitibus ipsis interrogari, num opes ipsorum quietem,
 hilaritatem, securitatemque omnem adimant. Diuitiae ipsis non inseruiunt, sed ipsimet
 400 sunt infelicitum opum miserrima mancipia: et non habent ipsi opes, sed ab opibus
 habentur.

Tu uero homo Dei ista fuge, sectare autem iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende uitam aeternam, ad quam et uocatus es, et professus es bonam professionem coram multis testibus.

Sequitur adhortatio, continens argumenta suasoria, ut quaestum fugat, pietatem uero amplectatur. Vocat autem Timotheum hominem Dei, phrasi Hebraica: nos possemus
 405 dei dicitur. 1. Reg. 9. Samuel uir dei et homo dei appellatur. 3. Reg. 12. uir dei mittitur
 ad Ieroboamum sacrificantem in Bethel. Iud. 13. uxor Manoae uocat Angelum, qui praenunciatur
 natiuitatem Samsonis, uirum dei. Per contrarium uocantur uiri Belial impii.
 Latet ergo in hac appellatione ceu stimulus quidam, quo Timotheus ad officium suum
 excitetur, uelitque re ipsa testari, se deo magis addictum, quam Mammonae: se potius
 410 esse uirum dei, quam uirum Belial.

Tu uero homo dei, inquit, ista fuge.) Videlicet quaestum et omnia, quae ad quaestum
 pertinent, omnia illa pericula grauissima, quae pecuniae studium sequuntur: tum etiam
 quaestiones illas et logomachias, de quibus ante diximus

Sectare autem iustitiam, pietatem.) Has per congeriem opponit uirtutes illis uitiis
 415 qua ut dictum est, ex quaestionibus et in rebus lucris studio oriuntur. Nomine iustitiae accipi
 enda est generaliter uirtus, qua quod aequum est fit, siue unicuique suum tribuitur ut di
 scepationum, rixarum, nulla sit occasio: tum qua ostendit animus ab omnibus auar

tiae sordibus alienus. Quaestus enim semper fere habet adiunctam iniustitiam. Qui autem iustitiam uolet colere, nihil sibi iniuste, per fraudem aut dolum parabit.

420 Pietatem.) Hanc iam ante opposuit questui, tunc falsae doctrinae. Est autem propria pietas, ut alias a nobis dictum est, cultus Dei, et religionis pura doctrina obseruatioque. Fidem.) Haec quia non dubitat, non utique mouet quaestiones: sed neque inhiat temporalibus bonis et cito perituris, sed spiritualibus tantum et aeternis.

425 Charitatem.) Neque haec fert contentiones uel aemulationes, iurgia, lites, etc. multo minus aliquid ab aliis conatur fallaciter obtinere ad quaestum augendum: Imo pacem componit inter litigantes, sua impendit egentibus.

Patientiam.) Qui hanc quoque habuerit, non quaerit inanes logomachias, facile etiam erit sua sorte contentus: imò perferet etiam, si quid ei iniuriae inferatur. Luc.21. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Luc.8. Semem uerbi affert fructum multum in patientia. Mansuetudinem.) Quantum falsorum doctorum ferocia arrogantiaque obest, tantum ubique prodest pii doctoris modestia et mansuetudo: et ad agnitionem amoremque veritatis pertrahas quospiam sola mansuetudine, quos nunquam moueas ullis argutiis sophisticis, quamlibet Chrysippeis. In his igitur virtutibus sese exerceat episcopus, imò et quicumque minister ecclesiae, potius quam vel quaestionibus et logomachiis, aut 435 quaestui sese dedat. Imo his virtutibus putet se omnes falsos doctores quaestionum et errorum magistros, auaros, superbos, mente corruptos, superaturos. Hae sunt artes, quibus superabit episcopus falsos doctores: hae sunt artes, e quibus quaestum coram Deo faciet, animas Christo seruatori lueri faciens: Hae sunt notae, per quas uerus doctor a falso dignoscet: in his uera scientia, uerae operis sitae sunt. Quidam ita ordinant, ut referant 440 iustitiam, pietatem, fidem ad Deum, tres reliquas exercendas erga proximum. Sequuntur argumenta hortatoria.

Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam aeternam.) Quemadmodum in acie suni quidam uocati optiones, qui animum militibus addunt: et in certaminibus non desunt, qui acclamant, Euge, macte uirtute et eiusmodi: ita Apostolus subinde optionem 445 hoc pacto agit, piosque; ad uirtutum opera diligenter animat. Ait itaque: Certa bonum certamen fidei. Alludit ad institutum publicorum certaminum olympiacorum, quibus apud olympiam et alibi, cursu,

mg De fugienda auaritia et sectanda pietate. | *mg* Viri Dei pios. uiri Belial impii. | *mg* Virtutum et uitiorum α τῶν σὺς. | *mg* Iustitiarum gnat aurtie. | *mg* Pictae. | *mg* Fidei | *mg* Charitas | *mg* Patientia | *mg* Molitudo | *mg* 2 hortatoria | *mg* |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

450 saltu, lucta similibusque certabatur. Et quemadmodum diceremus alicui suscipiendum certamen cursus aut huiusmodi: ita ait, Certa bonum certamen fidei: id est, contende, omnes fidei, siue tuendo doctrinam fidei superare. Et apprehende vitam aeternam. Pro braui uidelicet et praemio quod consequeris, si in certamine fidei te strenue gesseris. Falsi doctores sectantur ea, quae demergunt ipsos in exitium et interitum: pii debent illa sectari quae adferunt vitam aeternam. Significat autem hac allusione, non facile esse, neque cui iuis datum, illis uirtutibus enumeratis praestare, sed multo labore in id

[p.129]

455 enitendum, nec minus conandum, que vincere conantibus olympia. Ac reuera perpetuum
certamem est nobis ac lucta quamdiu in hoc mundo versamur: caro depugnat aduersus
spiritum, spiritus ad uersus carnem vicissim. Et falsa doctrina contra ueram: et multa
alia sunt certamina spi ritualia, quibus ministrum ecclesiae decet plus quam athletico
460 labore exerceri. Dandatz opera in hoc ministris ecclesiae, ne fides siue fidei doctrina
vsque labefactetur. Hac enim incolumi facile omnis falsa doctrina euertitur... Ioan.s.
Haec est victoria, quae vincit mun dum, fides nostra. Huc pertinet illud 2. Timoth.4.
quod Apostolus de seipso dicit: Certamen bonum decertavi, cursum consummaui, fidem
seruaui: quod superest, reposita est P mihi iustitiae corona, quam reddet mihi Dominus
in illo die, qui est iustus iudex. 1.Co ' rinth.o. omnis qui certat, per omnia temperans
465 est illi quidem, ut perituram coronam accipiant, nos autem ut aeternam. Ecclesiast.
I. vsque ad mortem certa pro iustitia. Sequitur,

Ad quam et vocatus es.) A uocatione. Si vocatus es ad aeternam vitam apprehenden-
dam, aequum est, te ita geras in hoc uirtutum certamine, ut eam foeliciter apprehendas
neque fine uocationis tuae frusteris. Vocatus es non ad subtiliter disputandū, non ad
470 fallendum populum, non ad quaestum exercendum: sed ad apprehendendam vitam,
per certamen fidei. Id igitur praesta, ad quod vocatus es. Saepe autem utitur Apost. his
argumentis a Uocatione ductis, cum uult exhortari: ac reuera maximum pondus apud
omnes habere deberent.

Et professus es bonam professionem coram multis testibus.) Haec ratio est a uitae
475 instituto et publica professione. Quemadmodum. n. unusquisque quod genus uitae
suscipit, debet eum rare, ut illi respondeat: qui se militem, proficitur, militet: medicum,
medeat: qui architectum, aedificet: ita aequissimum est, qui ministrum uerbi se proficit,
suam quoque functionem gnauiter exequat. Timotheum ergo, suscepit hoc uitae institu-
tum, ut ecclesiam Dei gubernaret, per mittens se diligentem fore, idque professus est coram
480 multis testibus, partim qui ordinationi eius, cum imponerent ei manus, interfuerant: partim,
qui eum iam saepe audierant doctrinam Dei strenue asserentem et defendentem:
hortat argumento sumpto a uitae instituto et professione. Ac non paruam uim habet
circumstantia addita, coram testibus, et quidem multis. Ergo admonet unusquisque sui
instituto et professionis habere ratione, dareque operam, ut uocationi diuinae quae praedit,
485 et professioni hominis, quae subsequitur, quasi uocationem diuinam approbans, eique se
astringens gnauiter respondeat. Nonnulli per professionem intelligunt professionem seu
confessionem illam fidei, quae praedit baptismum, in qua renunciantes sathanae, mundo,
et pompis eius, iuramus in uerba Christi, et iam amodū nos fideles fore promittimus
et profitemur. Et certe uel huius professionis commemoratione debent hominum animi
490 meritis ad diligentiam commoueri. Utinam Deus illud animi robur nobis inderet, ut
saepe possemus in memoriam reuocare, utque in temptationibus potissimum nobis occur-
eret, quod in baptismo sumus professi et polliciti: nec dubium, quin plurima peccata
eius professionis consideratione impedirentur.

*Praecipio tibi in conspectu Dei, qui uiuificat omnia, et Iesu Christi, qui te statim fecit sub
Pontio Pilato bonam professionem, ut serues praeceptum, immaculatus, irreprehensibilis,
vsque ad apparitionem Domini nostri Iesu Christi.*

Adnotationi addit praeceptum, quo Timotheum magis urgeat. Magna est autem prae-
495 ceptorum uis, neque temere sunt ea contemnenda, maxime si ex uerbo Dei trahant

originem, sicut certum est Apostolum nihil uoluisse praecipere, quod non et a Christo
 praeceptum fuerat. Alias si quid precipiant episcopi, quod alienum sit uel pugnantem
 uel uerbo, certe iudicium Dei ipsi non euadunt. Apostolus igitur Timotheo. etiam precepto urget,
 ut seruet ea quae hacten, de tua doctrina fidei contra falsos doctores prescripta sunt:
 500 sed et quae uires addat precepto dicit: In conspectu Dei qui uiuificat omnia, et Iesu Christi.)
 Quasi dicat, auctoritate ipsis Deo

mg Argumenti a magnitudine praemii. | *mg* Certamen praerogatum in terris. | *mg* In fidei ueritate
 Christianorum cernitur. | *mg* Argonens Auocatione | *mg* A uitae instituto et publica professione. | *mg*
 A circumspecta. | *mg* Professionum. | *mg* Praeceptum | *mg* Episcoporum praecepta quatenus re
 recipienda. Ab auctoritate Dei.

AD TIMOTHEVM CAP. VI.

[p.130]

ista praecipio, non mea tantum. Et uerem ita dicere potuit, quando praecipio istud
 ad gloriam solius Dei promouendam pertinebat. Vocat interim Deum patrem, cuncta
 uiuificantem: nam et illi propria uirtute uita adest, et ab eo omnia uitam accipiunt. Quod
 505 ergo non solum proponitur faciendum et suadet, uerum etiam praecipitur, et quidem
 auctoritate Dei patris cuncta uiuificantis, id nullo pacto licet negligere.

Qui testatam fecit sub Pontio Pilato bonam professionem) Subest argumentum ab
 exemplo: proponit enim Timotheo Christum in tuenda ueritate imitandum: quasi dicat?
 Christus constanter tutatus est ueritatem, et quidem ubi apud impium iudicem inno
 510 center delatus periclitabatur. Igitur debes et in hac parte Christum insequi, animoque
 impererrito ad mortem usque pro ueritate stare. Constat autem, quomodo Christus
 liberrime sit confessus apud Pilatum, se ueritatem tantum docuisse, et in hoc fuisse
 natum et in mundum uenisse, ut testimonium ferret ueritati, et omnes qui essent ex
 515 ueritate, audire uocem eius. Tum de regno suo coelesti, quod nequaquam ex hoc mundo,
 simpliciter disseruit. Itaque ad extremam usque mortem doctrinam ueritatis Christus
 defendit, maluitque mori, quam eius patrocinium deserere, aut a sua professione, ob quam in
 mundum missus fuerat, discedere. Hanc autem constantiam Christi in tuenda ueritate
 decet omnes, praesertim ministros ecclesiarum, imitari. Facit etiam illa commemoratio
 520 passionis dominicae non nihil, ut Ambrosius ait ad terrorem incutiendum, cuius passionis
 reus necesse est fiat, hoc spernit, propterea quod passus est Christus ut seruet praeceptum,
 immaculatus, irreprehensibilis.) id est, pura conscientia, ex animo et summa cum
 diligentia, ne quid in te possit desiderari: ne patiaris te corrumpi per falsos doctores,
 neque hypocrisi quadam seruabis praecipio istud, sed immaculatus et irreprehensibilis.
 Ista ad apparitionem Domini nostri Iesu Christi.) Argumentum a ueritate et certitu
 525 dine diuini iudicii: quasi diceret: ita hac in parte officium facito, uti uis Deo respondere
 in die iudicii. Ac ualde mouet haec ratio: Sciunt. enim omnes sibi tunc reddendam rationem
 factorum ac dictorum omnium, autem grauissime puniendos, qui in officiis suis fuerint
 negligentes, quique ueritatem pro uirili non defenderint. Significatur autem extremum
 530 illud iudicium, per apparitionem Christi. Nam Christo datum est omne iudicium a patre:
 et tunc ueniens cum maiestate magna iudicaturus uiuos et mortuos: quo tempore, qui
 pro ueritate stererint in uita sua, accipient aeternam gloriam qui uero eam impugnarint,

aeternis destinabuntur suppliciiis. Discimus itaque hic, sic omnia nobis agenda, vt parati simus occurrere Domino venienti ad iudicium, sicut parabola docet de quinque prudentibus virginibus, et possimus actionum nostrarum rationem reddere. Nonnulli interpretantur, Vst ad apparitionem Domini, vsque ad tempus mortis, per Metalepsin. Mortem enim consequitur visio Christi, siue vbi mortui fuerimus, tunc apparebit nobis Christus, spes et gloria nostra. Vnusquisque igitur adillum diem fatalem sese paret, et sic agat partes veritatis, tanquam si quotidie eum expectet, sequitur de illa apparitione.

Quam temporibus suis ostensurus est ille beatus et solus princeps et rex regnantium, et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessam, quem vidit nemo hominum, neque videre potest, cui honor et imperium sempiternum. Amen.

Faciuhaec, vt de apparitione Christi in extremo iudicio uerba precedentia intelligenda uideantur. Ait autem quae apparitionem illam Christi, beatus ille Deus, qui solus per se beatus est, et ipse omnia beans imo ipsamet beatitudo, ostensurus est temporibus: id est:state et definito tempore quod ei placebit. Nam de die et hora illa neque angeli neque aliquis mortalium nouit, sed solus Pater. Dies ille Domini ut fur in nocte ueniet. 1. Thessal.5.1. Petri3. Tantum nostra interest uigilare, quia qua hora non putamus, filius hominis ue niet. Porro ut conslderatione eius diei quilibet magis moueretur ad agendum quod sui est officii, pleniusque significaret, quam sit omnibus transgressoribus dies ille metuendus, placuit Apostolo selectis uerbis diuini numinis maiestatem, gloriam, potentiamque describere. Possunt autem, cum diunarum personarum Patris et filii par sit facultas et potentia, haec omnia tam patri quam filio tribui, ut siue de Christo siue de paueaccpuas omnia,nhureserat De parte quidamalunt Acgomma quide propre

mg Ab aonte Dei. Iohan... Adt.i7. | mg Ab exemplo christi. Comparatio Christi et Ti notheiin do ctrina fidei Ioum.s. Hattbus 27. Iuc-n. | mg Audey eturi certitudine et seue Pitate. Ions 2Cors. Mattbus is. 1.Cor.1s. Matth.25. t.Thess4. | mg Matth.25. 2 Petris. | mg Aurciu. | mg Luc. 2117. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

competunt patri, sed habet eadem a patre nihilominus et filius. Ioann. 1o. Ego et pater vnum sumus.

Ille beatus.) Per Antonomasiam vocatur Deus beatus, a seipso immensam habens beatitudinem. Et habet gratiam atque emphasin pronomen, Ille beatus, inquit.

Et solus princeps, rex regnantium et dominus dominantium.) Vocabulis his a potestatibus huius mundi sumptis, summa potentia, dignitas, maiestas Dei significatur: et proprie conueniunt illa soli Deo, sed participatione et ratione similitudinis cuiusdam accommodantur inferioribus potestatibus quae ipsae ab illo solo instituuntur, reguntur, gubernantur, defenduntur, eius nutui parere debent, tanquam humiles eius ministri. Apocal.19.

Qui solus habet immortalitatem.) Sicut autem pater vitam habet in semetipso: ita dedit et filio vitam habere in semetipso. Iterum Christus: Ergo sum via, vita, veritas Ioan.6.1.14.

[p.131]

Lucem habitans inaccessam.) Lucem, inquam, humanis sensibus inpenetrabilem:li
 565 oa culus humanus non potest defixe intueri claritatem Solis: quanto minus intellectus hu-
 manus intuebitur contemplabiturque illam lucem diuinae maiestatis ? Idem propemodum
 significant et illa:

Quem vidit nemo hominum, neque videre potest.) Nemo quidem vidit, vti est, secun-
 dum suam naturam. Leguntur quidam dixisse, sibi visum Dominum: vt Genes.32.Jacob
 ait: Vidi Dominum facie ad faciem vbi postea significatur Angelum fuisse. Et Esa.6.
 570 vidi Dominum sedentem super solium excelsum! Sed intelligi conuenst, visam ipsis
 Dei maiestatem, quantum datur percipere humanae imbecillitati, hoc autem perspeciem
 et similitudinem quandam Substantia siue natura in hac vita eatenus est homini com-
 prehensibilis, quatenus sensui obiectis rebus et imagnibus quibusdam adumbratur. Alias
 locum habet illud: Qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Et, Nunc quidem
 575 quasi per speculum et per aenigma videmus eum, tunc autem, videlicet in altera vita,
 videbimus eum sicuti est. In Christo quidem iam carne induto multa de diuina naturam
 didicimus, et qui vidit eum, vidit et patrem, vt ipse ad Philippum dicit Ioan. ti4. et ia
 dem Coloss.2. Hebr.1.dicitur expressa imago substantiae eius: sed tamen nos non ma-
 gis omnem naturae diuinae conditionem ex Christo potuimus cognoscere, quam ex ima-
 580 gine quis cognoscit totam naturam eius, cuius imaginem pictam intuetur.

Cui honor et imperium sempiternum.) Comprecatio est Apostolo non insolens. Solet
 enim ita saepe claudere, vbi quid ad laudem Dei magnifice recensuerit. Sic enim et
 capite primo huius postquam de gratia egerat: Regi seculorum immortalis, inuisibili, soli
 Amen.) Vsitata vox Hebraeis, cum bene precantur: estque approbantis, acclamantis,
 585 beneque optantis Septuaginta reddiderunt γοῦοιτο, Fiat. Ambrosius hoc loco interpre-
 tarur verum. Caeterum omnibus ecclesiarum ministris incumbit, hanc Pauli praeclaram
 exhortationem, simulque praeceptum cum argumentis insertis, alta mente reponere, nec
 non dare operam, vt iuxta praescriptum eius sanam doctrinam fidei constanter tueantur,
 neque patiantur gregem dominuscum a falsis doctoribus seduci. Sane vbi episcopi neque
 590 hac adhortatione Pauli, neque praecepto commouentur, non est mirum, si in illis ecclesiis
 falsa doctrina regnet et superstitiones, haereses, scandala multa conspiciantur.

*His, qui diuites sunt in praesenti seculo, praecipe, ne elato sint animo, neque spem
 ponant in diuitiis incertis, sed in Deo viuente.*

Satis superque praescripsit, quomodo episcopus se erga cuiuscumque sortis homines
 gereret, siue quae eos doceret:istud autem de instituendis admonendisque diuitibus
 nondum exposuerat. Quia autem iam multa dixit aduersus cupiditatem diuitiarum
 595 grauissimaque pericula a diuitiis imminere: ideo placuit ei hoc loco, quomodo diuites
 agerent, formam quandam adiicere ne desperationis laqueus diuitibus iniiceretur, quasi
 a regno Dei prorsus essent exclusi, et ne diuitem esse per se malum damnationique
 obnoxium putaretur. Porro quemadmodum qui agellum aliquem volunt colere, prius
 extirpant malas et noxias herbas, postea vero iaciunt bona semina: Ita Apostoius primo
 600 prae scribit, quae sint diuuiis.

mg Deus Beatus dicitur per Antonoma fian. | mg Quomodo Deus uisus dicatur patribus. | mg Prouer. 25

| mg 2.Corinth.13 Exod.33. Mosi recusa tur uisio glo riae Dei. | mg Comprecatio oloéη* | mg siütad. |

AD TIMOTHEVM CAP. VI.

[p.132]

bus, quantum ad ipsas diuitias attinet, mala in illis vitanda: deinde quae bona ex illis facienda: Sic itaque ait,

His qui diuites sunt in prasenti seculo, praecipe.) Diuites in hoc seculo, quia aliae sunt diuitiae in altero seculo, et hic quidam diuites sunt opibus huius seculi caducis, sed iidem pau peres sunt opibus spiritualibus et aeternis, non sunt diuites bonis operibus. Tametsi multi etiam opes in hoc seculo possidere queunt, qui tamen non sunt censendi mali. His autem praecepta dari Apostolus et tradi vult per ministros ecclesiarum, quomodo sese gerere possint, vt cum huius seculi diuitiis possideant etiam diuitias alterius seculi.

Primum autem praeceptum de malis vitandis est, ne elato sint animo. Solet fere diuitiis as comitari tumor animi siue fastus. Omnia enim vulgo tribuunt diuitiis, et quicquid diuites faciunt, multi quasi recte factum protinus approbant. Hinc veron animo efferuni Vnde Solonem dixisse ferunt: Satietaem nasci ex opulentia, ex satietate ferociam. Proinde qui elato est animo, sequitur eum contemnere proximum. Qui vero contemnit proi ximum, omnes humanitatis et beneficentiae affectus exuit. Itaque de nemine bene mereñ, omnes prae se contemnit, non commiseretur, nemini quicquam opis impertit. Deinde contemptum proximi sequitur etiam contemptus Dei et summa caecitas. Haec vitia videre est Luc.16.in diuite epulone, qui fastu magno splendide agens, interim contem psit proximum egenum, ac propterea damnatus, qui tamennon iniuste parasse opes, non uim cuiquam intulisse, non aliquid huiusmodi commisisse legitur. Et Ezechiel.

16. Sodomapeccata enumerant, superbia, saturitas panis et abundantia, et otium ipsius et filiarum eius et quod manum egeno et pauperi non porrigebant. Et multis aliis scripturae locis fastus et superbia deprimuntur. Fuerunt tamen quidam patres sancti diuites in hoc seculo, sed iidem nequaquam elato animo, verum pauperes spiritu, mites, nihil sibi fastuose ar rogantes. Tales ergo diuites vult Apostolus.

Alterum praeceptum. Neg spem ponant in diuitiis incertis: Cùm vocat incertas diuitias eo nomine satis ostendit, in illis spem non ponendam. Neque enim spes ponenda sn rebus incertis et perituris. Profecto autem incertae merito dicuntur. Quid enim aliud fa ciunt, quam quotidie cadunt et fluunt, propterea fluxae et caducae appellatae? Quic aliud quam quotidie mutant dominum? Et e manu ad manum demigrant, certam sedem non habentes? Sicut aquae in mare recidunt, et a mari rursus ad fluuios et terram per pluuj am:ita pecuniae a diustibus principibus ad populum, rursus ab hoc ad principes et diuites. Et vbi habentur, momento vno omnes abripiuntur, incendio, aquis, furto, alioue casu omnes auferuntur. Denique vbi illae tibi non adimuntur, tu de improuiso adimeris illis: sicut stultus ille Luc.12.audiuit a Deo. Quomodo ergo spes in iis ponetur? Si vlla in re sperandum est speremus in Deo viuente. Deus est qui vitam dat, et hanc et futuram, in eo ergo sperandum, non in diuitiis, quae cum vitam nulli dent, saepem caussa sunt, cur vira quibusdam adimatur. Et vbi opes desunt, aut si adsint, non tamen iuuant: tunc Deus speranti in eum adest et adiuuat. Maledictus itaque qui confidit in multitudine diuitiarum suarum: contra vt dicitur Hierem.7. beatus vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia elus. Qui vero spem ponunt in diuitiis, ii idololatriam manifestariam com mittunt, dum ex diuitiis salutem expectant.

Ous prabet nobis omnia assatim ad fruendum.) Commodissime subiicit, quod Deus omnia bona hic nobis suppeditet. Si Deus nobis omnia praebet: non est igitur, quod quisque diues elato sit animo, quasi ipse sibi sua solertia bona parasset. Rursus si Deus omnia prae bet, est igitur in Deo potius sperandum, quam in diuitiis. Itaque his verbis ratio non obscura continet, cur elato animo esse non deceat, curque in diuitiis non sit fidendum. Ac reuera Deus plurimis quotidie argumentis nos vrget ad confitendum, quod omnia ipsius bonitati sint accepta ferenda, non nostris laboribus vel prudentiae. Quam multi. n. etiam anxie laborant, et tamen opes non consequuntur? nimirum quia putant se sua prudentia posse parare et non a solo Deo expectandas. Rursus vbi aliqui opes pararint, quam cum tórursus illis pereunt? quia non diutius apud eundem commorantur, que Deo visum, Si Deus est dare, cum non idem cum uelit auferat? lobus 1. Dominus dedit, Dominus abstulit sit nomen Dominibenedictum, sicut domino placuit, ita factum est Nechominihus

mg Praecepta diuitibus propo sita. | *mg* 1. Praeceptum diuitum, ne surt fastuosi Psd.73.37. contemptus proximi, ex animo elato oritur. | *mg* Contemptus Dei sequitur contemptum proximi. Matth.5. 2 praeeptum, Non ponendas pes in diuitiis incertis. | *mg* Ratio, cur non sit spes fixa collocanda in diuitiis in incertituanc trperr H | *mg* Pfalz A simili. Eccles. 41. in Deo sperandum. Ratio prima: quia est Deus uiuēs, etc. Ephess. 2-Cur in deo sperandum quia omnia boni largitur. Omnia Deo accepta ferenda. A uanitate et successu hominum in certo. Ab interitu et incertitu dne epum. |

N IN I. EPIST. D. PAVLI. EPIST. D. PAVLI

655 Iolum ita prospicit Deus, sed omnibus animantibus, omnibus creaturis, qua pascit uolucres coeli, pullos coruorum. Sed hoc quoque notandum, quod dicit Deum dare omnia, affatim, abundanter, largiter. Ea est diuina liberalitas, non solum necessaria nobis adfert, sed facit ut etiam abundemus. Tanto igitur plus nos illi debemus, ac minus sollicitos esse oportet pro terrenis opibus congerendis.

660 Ad fruendum.) Videlicet, ς πολλῶσιν, a verbo πολλύω, quod significat frui, deliciar, capio fructum vel commodum. Itaque significatur ad satietatem, largiter, et ad magnum commodum, et ut hilariter illis utamur, omnia nobis a Deo dari. Discimus proinde omnia quae hic nobis obtingunt bona, vni Deo accepta ferenda, et pro illis Deo agendas gratias: neque ea posse nostris viribus parari, vel parta retineri, eoque non in illis sed in Deo tantum sperandum. Sequitur nunc, quis sit verus et laudatus diuitias um vsus, quomodo bona ex diuitiis facienda, siue quare Deus affatim omnia praebet.

Ut bene faciant, ut diuites sint operibus bonis, ut faciles sint ad impartendum, libenter communicantes.

Qui diuites sunt in hoc seculo, vbi cauerint, ne per diuitias ruant in peccata, videndum eis, ut ex diuitiis arripiant occasionem bene agendi. Non in hoc dantur opes a Deo, ut quispiam non utatur, multo minus ut vnus solus utatur. Sed ut alii quoque ex eisdem bene habeant. Non possessores diuitiarum proprie sunt dicendi diuites, sed tantum dispensatores. Non minor est virtus bene uti beneque dispensare opes, quam bene

[p.133]

acquirere. Non satis est opibus esse diuites, sed oportet etiam esse diuites bonis operibus. Si diuitiae bona dicendae sunt, nemini nocere debent, sed prodesse quam plu rimis. Et qui bona possident debent per bona illa boni fieri. Repugnat enim quond ali qui
 675 bona dicuntur possidere, et ipsi boni non efficiantur. Aut fortassis efficiunt hi, vt quae bene vtentibus bona vocantur, ipsis male vtentibus dicantur et sint mala. Et credi par est, diuinitus factum, quod vulgo bona appellantur, vt nimirum notatione nominis admonerentur homines ad bene vtendum, occasionemque benefaciendi inde ar ripere. Sentiant ergo quam plurimi ea vere talia esse: alias non sunt bona appellanda et contra
 680 ius omne bona dicentur, si nulli prosunt. Addit etiam modum benefaciendi.

Vt saciles sint ad impartendum.) *δυμεταδότος ναί. Ε μετάδοτος* significat liberalem, non moleste dantem. Itaque poscit hoc rectus vsus opum, vt diuites non inuiti dent, et duntaxat importunis precibus rogati: sed ex animo, statim, hilariter, sine coactione. Dandum est, vt ait Apostolus 2. Corinth.9. secundum propositum cordis, non ex molestia,
 685 aut necessitate. Nam hilarem datorem diligit Deus: Ibiq; addit Similitudinem: qui sementem facit parcem, is parce messurus est. Et qui sementem facit libenter ac beni gne largiendo, copiose messurus est. Prouerbus 3. Ne dicas amico tuo, vade et reuertere et cras dabo tibi, cum statim possis dare. Ac propterea foelix ille lob, qui dicere potuit (cap.31.) Si negaui, quod cupiebant pauperes, et oculos viduae expectare passus sum:
 690 si comedi buccellam meam solus, et non comedit ex ea pupillus. Et ibidem. Foris non mansit peregrinus, et ostium meum viatori patuit. Hic sane recte vt ebatur diuitiis, fecitque ut bona illa et sibi et aliis bona fierent, ac propterea Deus etiam illius opes sem per multiplicabat, et semel amissas omnes conduplicabat.

Lubenter communicantes.) *Κουωνικδς.* Theophylactus istud ad mores et ingeni-
 695 umre fert, ut diuites sint non morosi, sed humani, mites, comes alios haud grauatim admittentes. Nam morositas facit, ut minus adeant, minus que audeant suam inopiam miseri eis exponere, sicque illi morositate a se depellunt pauperes. Aut, si tamen dant, sic dant, quasi simul exprobrent, uel dando etiam simul molestent iniuriis pauperem. Ceterum quoniam diuites his rationibus putarent sibi parum consultum, iudicarentque,
 700 si omnibus ita expositi forent, dantes tùm petentibus tùm non petentibus egenis, breui exhauriendos loculos, scrinia et omnia: ideo adiicit potissimum rationes, quibus et hanc obiectionem euertat, et eos ad praestandum opera charitatis inuitet. Prior est ab utili.

mg Disperfaio opum. | *mg* Acougat | *mg* Quomodo partis diuuius utendum, | *mg* τηδαδου eivat. |
mg Duairde ctorum sollicitudo uana di exhaustione opan. |

A. D TIMOTHEVM CAP. VI.

Recondentes sibi ipsis fundamentum bonum in posterum.) Quasi dicat: Ne putent perii
 705 quod in alios conserunt: nam reuera non tam aliis, quam sibi ipsis prosunt, recondentes fundamentum bonum in posterum, in altera videlicet vita, vbi larga praemia recipient. V. detur autem alludere ad communia diuitum studia, quibus hoc pouissimu in voto est, vt ca mode habitent ac magnificas aedes sibi extruant. Itaque dum facultabus suis iuuant paus peres, dicit, eos sibi recondere fundamentum et principia amplae domus in coelis. Br, si fi de et charitate prosequant se, posse perficere. Ita bonum fundamentum sibi parauit per

[p.134]

710 cleemosynas Cornelius Centurio, Actor. 1o. Emphasis est in voce sibi ipsis. Ne putent
 sibi perire quicquam, aut aliis duntaxat prodesse eleemosynas. Hac igitur ratione ab vtili
 permoueri vult eorum animos ad lubenter praestandum ea, quae de vero vsu diuitiarum
 sunt praescripta Hucvero pertinet illud Matth.6.Recondite vobis thesauros in coelo, ybi
 715 fuerit thefaurus vester, illic erit et cor uestrum Et Luca6.facite uobis amicos ex manna
 iniusto, ut cum defeceritis, recipiant uos in aeterna tabernacula.

Vt apprehendant aeternam vitam.) Hic altera ratio latet a magnitudine praemii. Non
 debet esse graue, impartiri temporalia bona, ut pro illis accipias aeterna. Foelix et
 iucunda est commutatio, pro carnalibus accipere spiritualia, pro fluxis et momentaneis
 720 stabilia et aeterna. Graece est, ο ωνίς ζωής, id est, aeternae uitae. Ambrosius reddidit
 ueram uitam. Nam haec praesens uita est, inquit, duntaxat imago uitae. Et quia imago
 non omnino inanis est, in hac uita illa acquiritur, et ut ad illam festinaretur, ex imagine,
 quam praecellat ueritas, addiscitur, quae neque superbia, neque spe diuitiarum attingitur,
 sed humilicate et spe Dei, qui hanc promissit. Ita Ambrosius. Sunt ergo per ministros
 725 uerbi diuites his rationibus de uero usu diuitiarum crebro et diligenter instituendi: et
 non his duntaxat argumentis, uerum aliis, qualia quotidie ex re ipsa et euentu enascuntur,
 excitandi ad eleemosynas in pauperes largiter conferendas. Et nisi studiant, sicut se
 iudicium Dei sine miserscordia non euasuros.

*O Timothee depositum serua, deuitans profanas uocum vanitates, et oppositiones falso
 nominatae scientiae, quam nonnulli profitentes circa fidem aberrauerunt.*

Breuis rotius Epistolae Conclusio, in qua ad perstandum in sana doctrina fidei, de
 730 uitandumque inutiles quaestiones et logomachias adhortatur. Ac perapte respondent
 haec tum illis, quae in exordio habebantur de fugiendis illis, quae quaestiones magis
 praebent, quae aedificationem Dei, quae est per fidem: tum illis, quae aliis deinceps eadem
 de re occurrerunt: ut hinc de statu seu de propositione principali Epistolae promptum sit
 iudicare. Magno itaque et vere paterno affectu ait!

735 O Timothee depositum serua) Παρακαλαθήκιων φυλαξον. Metaphora uocauit
 sanam doctrinam siue dotes a Deo collatas, quibus ea conseruari possit, depositum. Que-
 madmodum autem is, apud quem aliquid depositum est, cauere debet, ne id vel mutetur,
 vel deterius fiat: ita episcopi est, id quod apud ipsum depositum est, quodque Deus
 ipse et concredidit, uidelicet sanam doctrinam, omni studio integram incorruptamque
 740 conseruare, atque ad eam rem dotibus a Deo sibi concessis beneuti. Vel per depositum
 intelligi potest ipsum episcopi munus, quod a Timotheo doctrina et uita integrum eral
 conseruandum. Nam una hac uoce Apostolus haud dubie plurima uult intelligi. Huc
 pertinet parabola Matth.25. de eo, qui peregre proficiscens dedit e seruis, alteri quinque
 745 talenta, alii duo, alii uero unum, unicuique secundum propriam facultatem. et laudati
 illi, qui aliquid lucrati sunt atque adiecerunt: ille uero qui defodit, grauiter reprehensus
 est. Significat ea parabola, quomodo Dei donis utendum ad augmentum gloriae ipsius.
 Item illud i. Corinth.15. Gratia eius quae perfecta est in me, non fuit inanis, sed copio-
 sior quam illi omnes laboraui. Rursus 2. Timoth. 1. Egregium depositum seruato pes
 spiritum sanctum, qui inhabitat in nobis. ubi etiam est Graeca uox παρακαλαθήκην. Sec
 750 addit quodammodo, qua ratione Apostolus posset depositum seruare:

Deuitans, inquit, profanas uocum inanitates et oppositiones falso nominatae scien-

tia.) ΒεΒίλος κποφωνίας. Βιθιλος profanas, impuras, pollutas: Nam Bihuna, vti admonuimus

mg . Raio a utui. | *mg* Et qu da, plus accedit Commodi, quam ei, daccinis. Fundamentis laeitur uitae futurae per elecmosnas | *mg* Domus fir: ma et maiens paranda uu coelis. 2. Am4onit. duie praeni, | *mg* Conclusiototie Epistola. | *mg* stans exhortatione. | *mg* Metapbord: Depositum quomodo con seruandum. Sanadoctrina, dotes, et munus episcopi, perde posium iutelligi possant. | *mg* Modus seruam di depositi. θερα σαcta ad quae iupe n etion dl Imssi. |

IN I. EPIST. D. PAVLI.

[p.135]

755 alias, erant Graecis dicta quaedam sacra, ad quae etiam impuri admittebantur. Theophylactus suspicatur his verbis ab Apostolo notatos tum Nicolaitas, tum gnosticos siue Euchaetas tunc temporis exortos et valde impuros. Nam de his apud Augustinu libro de potestate daemonum legitur, quod 1o. Calend. Apriles, quo die Dominus noster crucifixus, cum puellis etiam affinibus et quibuscunque conueniebant, peractisque neris cum illis coibant. Nono deinde mense ibidem loci natos infantes circumcidebant, cruorem
760 excipientes: dein corpora cremabant, cruorem et cineres permiscebant quae in poculis inuicem propinarent: sicque rati sunt, diuinum characterem sibi imprimi, ac daemonia recipi, per quae vaticinarentur. Multa alia turpia et infanda perpetrabant, vocabulis etiam miris vtebantur in sua doctrina. etγοφωνία vaniloquium: σέθεα, verba aliena a religione, pugnancia cum pietate.

765 Et oppositiones, τιθεσως.) Huiusmodi itaque omnia, videlicet et κενοφωνία, et oppo sitiones falsô nominatae scientiae, id est, monstrosa docendi forma, vocabula et phrases insidiosae, alienae a scripturis, tùm oppositiones ac disputationes sophisticae, licet in speciem videantur ad pietatis commendationem facturae: haec omnia generaliter sunt vitanda: alias si non vitentur, non bene seruatur depositum. Scientia proprie est veros
770 rum et certorum: falsorum autem est duntaxat opinio, non scientia. Ratio subiicitur, cur uitandae, a periculoso: Quam nonnulli profitentes circa fidem aberrarunt. Sic et in primo capite dicit, quod quidam, quoniam a fide non simulata et conscientia bona aber rassent, deflexerunt ad vaniloquium, uolentes esse legis doctores, non intelligentes quae loquuntur, neque de quibus asseuerant. Rursus bona conscientia et sana doctri na repulsa
775 nomnulli circa fidem naufragium fecerunt, quorum de numero Hymenaeus et Alexander. Denique hoc postremo capite uocauit eos, qui non accedant sanis sermo nibus Christi, et ei, quae secundum pietatem est doctrinae, inflatos, nihil scientes, insanientes circa quaestiones et λογομαχίας. Quod autem decipiantur multi a sua ipsorum sapientia et scientia, liquet ex eo Ierem. 1o. Stultus factus est omnis homo a scientia sua et Esa. 47. Sapientia tua et scientia tua haec decepit te. Itaque intelligitur, Apostolum id maxime
780 exegisse a Timotheo, uoluisse pitidem significare omnibus ministris ecclesiarum, assidue in id incumbendum, ne qua doctrina, praeter eam, quae est secundum pietatem, id est, in qua docentur fides et charitas, in ecclesiam admittatur. Quicquid alio tendit et quibuscunque rationibus, quacunque arte uel scientia id proponatur, est reiiciendum.
785 Audacter dicendum est cum Paulo Galat. 1. Etiamsi nos aut angelus e Coelo praedicauerit uobis Euangelium praeter id, quod Euangelistarum et Apostolorum scriptis est ad nos

perlatum, anathema sit. Vtinam autem, utinam haec conclusio praesentis Epi stolae omnibus episcoporum domibus, omnibus templorum suggestibus aureis literis inscripta ministrorum ecclesiae animis perpetuo obuersaretur: nec dubium, quin haereses, falsae
790 opiniones, et doctrinae daemoniorum multae propellerentur.

Gratia sit tecum, Amen) Subscriptio. Vtipse ait 2. Thess.3. solitus erat ad omnem Epistolam sua manu ita subscribere, ut ex ea suscriptione certum argumentum haberentur, Epistolam ab ipso profectam, non ab alio quopiam pseudoapostolo, qui legem Mofaicam uel inanem philosophiam magis quam gratiam Christi praedicaret. Apostolus totus
795 erat gratia Christi celebranda, quam et spirant et sonant omnes eius epistolae. Graeca exemplaria habent missam ex Laodicea metropoli Phrygiae Pacatinae: nonnulli addunt, per Tychicum diaconum. Caeterum cum ex Epistola ad Collossenses constet Laodiceam illam Phrygiae Pacatiana, in quae erant et Colossae, Paulo non fuisse uisam : uerosimile est ex altera quopiam Laodicea. Nam adhuc alteram memorant in Syria, quae sit uinetis
800 celebris et Carica dicta : alteram uero in Galtia ponunt: Ex illa autem hanc missam autumant.

mg Suoficort sacra nefanda. | *mg* Scientis et opinio dif ferunt mate ria siue subiecto. | *mg* Ratio a perculoso, cur uitandae | *mg* ἡσυχία et ἀντιβία Inflat ope mone scien ue deaipium tur a sua i psorum sa pientia. | *mg* Doctrina, quae est citra pietatem in ecclesia no debet recipi. | *mg* subscriptio. | *mg* Vnde missa |